

3
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13

R. 2048
JACOBUS FERRVSIO.
DOCTORI THEOLOGO INTE-
GERRIMO, F. IOANNES MAR-
Silius Villarealis,
S. D.



ERUVLTVM florentissima urbs; sit om-
nium literarum & virtutum
numeris absolutissime, cate-
rarumq; omnium, eruditiorum
consensu, longe celeberrima,
vni Romulo ac Remo debet
remichi videtur; utpote que
candem ipsam primis iactis
fundamentis erigere, legibus & moribus honestare, Se-
natibus magnificentia condecorare, omnibus rebus tum ad
victum ipsum, tum ad animum pertinentibus ornare pos-
suerunt. Ut pater patrie, idq; pro merito, & dici & has-
beri in posterum videatur. Maiore tamen laude & am-
pliore dignus censendus est Furius Camillus, cuius pruden-
tia, fortitudine & animo in rem publ. singulari, cum eam
Galli hostes tunc temporis acerrimi, & inaudite rareq;
(ut illis temporibus) bellicae virtutis, vindicq; ob siderent,
fusis quotquot aderant illic ciuibus, solo omnibus adequa-
tis, spoliata oppidanis urbe aliqui frequentissima, cœsis
& combusis non solum hostium spolijs, sed etiam ipsis

A 2 ad

R. 2048

JACOB O FER RVSIO

DOCTORI THEOLOGO INTEL.

GERRIMO, F. IOANNES MAR.

suis Villarealis,

S. D.

*



ER M VLTVM florentissima artis; sit omnium literarum et virtutum numeris absolutissime, ceterarumque omnium, eruditiorum consensu, longe celeberrimus, ut Romulo ac Remo debet remihi videtur: utpote qui eandem ipsam primis iactis fundamentis erigere, legibus et moribus honestare, Senatus magnificentia condecorare, omnibus rebus tum ad victum ipsum, tum ad animum pertinentibus ornare voluerunt. Ut pater patriæ, id est pro merito, et dici et haberi in posterum videatur. Maiore tamen laude et ampliore dignus censendus est Furius Camillus, cuius prudenter, fortitudine et animo in rem publ. singulari, cum eam Galli hostes tunc temporis acerrimi, et inaudite rarae (ut illis temporibus) bellicæ virtutis, vindicis ob siderent, fusis quotquot aderant illic ciuibus, solo omnibus adæquatis, spoliata oppidanis uxbe aliqui frequentissima, cœsis et combustis non solum hostium spolijs, sed etiam ipsis

E P I S T O L A.

ed unum ferro ac igni traditis, exilijs sane immemor, suos in pristinam libertatem restituit. Egregij nimirum contus nungquam maiore laude digni sunt, quam cum arduis & magnificis in rebus periclitantur. At multò maiorem laudem Scipio ille, superatis ac profligatis procul ab urbe hostibus, illa aetate, omnium bello praestantisimis, ac sub iugum missis, atq; adeò censum pendere coactis, promeretur. Prætereo Marcellos, Nummas taceo, Q. Fab. Maximum, duos Gracchos non attingam. Quorum aliis multa & praelata pro repub. tum domi, tum militia gesit: aliis religione reddidit illustriorem: aliis capitis pro ea periculum adire non dubitauit: aliis sua illa cunctatione, quā nullus non summis laudibus in eodem ferre vnguam recusauit, saluam & incolumem pro virili seruauit. Qualem animum, si eorum exemplo prouocati, qui rebus bene feceritq; gerendis hodie proponuntur, sibi induerent, haberemus tranquilliores rempub. que hodie miserandis erroribus ac disiidijs conuulsi in suā ipsius perniciem precepis abit: vt prudenter dictum sit; si esset in ihs fides, in quibus summa esse deberet, non laboraremus. Verum bi, qui editis in lucem scriptis, eam insigniter celebrarunt, illos summos & insignes viros longo interus laudibus superasse, quis ibit inficias? Illi externam vim profligarunt: hi a sceleribus quibus (deus bone) quam abundabat, perpetuò alienam reddiderunt. Illi moenia erexerunt: hi vallo & fossa, nempe septem artibus liberalibus, circunseperunt. Illi coloniam illuc diducentes, frequentissimam rediderunt, hi vero eruditissimis quibusq; viris, virtute ac omni literarum genere instructissimis hic aduectis, mirū in modum munitiorem & ampliorem effecerunt. Quid queris?

E P I S T O L A.

queris? Ei immortalem honorem pepererunt. Quis namq; eantum à re sua habet otij, vt eorum labores vel plusquam Herculeos, posset vnguam percensere? Quis vnguam in suum poterit animum inducere, quot, quantis & quam innumeris premantur ærumnis, qui vel paululum quippianum literarum monumentis mandare nituntur? Quantum molestiae, prò dij immortales, quantum solicitudinem perfurunt, quanto exercentur labore, quantis vigilijs noctem insomnes peragunt? Nūc eis schemata summum faceunt negotium, nunc cum elocutione res est, nunc cum tribus dicendi figuris, hoc est, graui, mediocri, attenuata: cū elegantia, compositione, dignitate: que maximè ad commodū oratoris accommodata sunt. Fertur enim sine impetu & conatu inanis illa verborum profluentia, omnis & gratia & admirationis inops: nisi florentissimarum elocutionum copia, ceu diuite quodam penu instructa, affluent exortationum vertate redundet. Nūc dispositio molestiam exhibet, ornatus ipse maximo est labore, schedularum repurgatio anxiq; quidem (papè) vt cruciat autorem, vexat, ac miseric quidem modis, hic & illuc transuersum agitat: vt in principijs scribendi exalbescere, & tota mente atque omnibus artibus illae nusellus contremiscere cogatur: id quod de se ipso Cicero fidem facit. Iam hæc vt inconcinnata rejicit, illa vt redundantia delenda curat: illa vt nimium hiulca litura tollit: illa vt que parum apposite collocari posse videantur, summa cura abstrahit. Nihil non agens, vt oratio suis illis verborum & sententiarum figuris, quibus supra modum elucet, splendescat, ac enitescat. Quarum namq; pulchritudine sic oratio vestitur, vt sine ihs sterilis, manca, inanis, & profusa sit omnis verborum

EPISTOLA.

Verborum volubilitas, & gratia & audientium admiratione carens. Nam insanam illam, & puerilem in metiendis pedibus observationem Poësi, potius quam oratorie arti hic relinquendam censente, cōsulto explodimus. Iam tandem ubi omnia hec mala easit miser ille, aliud omnium longe maximū occurrit, quod Lernā ipsam vincit & superat, prelū. Plura enim habet secū infortunia, & capita, quam mortuū illud, idq; in confessu est, & pro certò haberi quis abnvet? Si quidem inter cūdendū, tot in horas & subinde fesse offerunt mendæ, quot singule paginæ literis cōstant, ac (quod luce magis perspicuum est) multò sanc plures. Quis, amabo, celeberrimorū autorum opera conspurcat, cōtaminat, inficit? Calcographus. Quis viros aliqui exatissimo iudicio præditos, atq; etiā primæ notæ, velint nulli, à scribendo auocat? Calcographus. Quis maiorē infamie notā, dū falsa pro veris intertextit, inurere potest? Calcographus. Quis hære seon labes vndiq; minori negotio diffusimare potest, si malus sit? Calcographus. Quis totū orbem miscere, ac sursum ferre potest, vel una aut altera immutata litera? Calcographus. Nullus maiorē vniuerso orbi cladem inferre potest, velit modō, quam is, cui varia autorū volumina prelo mandanda sunt. Nullū maius exitium, nullū maior pernicies, nulla peior calamitas, nulla certior clades, modō crumenæ, quam animæ sollicitorem curā gerere velit. Quæ pestis in hac nostra vrbe, diuino proculdubio beneficio, iam olim profligata est, ac funditus eversa. Habetus enim publico salario eoq; satis amplio, typographū, quo nemo unquam vir melior, integrior, nemo magis pius, viteq; incorruptioris, nemo in emēdanis ad verū exemplar libris, atq; adeo antoribus ipfis (quod ipsi

EPITOLA:

ipſi haud raro contingit) studiosior: & qui eorū, qui cūdunt bac in re, quā propriæ famæ rationē longè potiorem habeat, ubi ab hoc nostro discesserit, inuenies prætereat nemini. De cuius absolutissimi viri encomijs, aliás dabitur latior dicendi campus: nūc ad id quod instat, accingamur. Vides quot adeūda sint pericula ei, qui posteritati potius, quā sibi ipse, cōculere velit. Hercules ille, quē tā strenuū fixxit antiquitas, ut viribus parē nusquā terrarū liceat inuenire, multò minor (si verū fateri velimus) obiit pericula. Nā illius numerū conficiūt, de qua re apud omnes conuenit: corum verò, qui emitūt in lucē opera, labores tot sunt, ut humanū superēt captū, percensiōq; nequeat: tātu abest, ut his breuiissimis literarū angustijs cogi posse, huicq; papyro inscribi. Tanta & tam incredibilia ipsum scriptorē circumstāt, ac premūt mala, & tot monstra ipse vni obeunda sunt. Ille tamē, ea est in omnes benevolentias, ut vel sic his proculatatis monstribus (que alij, dī boni, quā re iūcerent?) lacri vultu in cōmune cōculere operæ pretiū ducat. Quis hæc amoris affluentia, hunc sincere amicitia cādore, nō miretur? Quis nō suspiciat? quis nō laudib⁹ in cœlū effera? Et his persequēdis labore frangetur, ac debilitabitur aduersus? Quis tantis beneficijs in nos collatis, tot exantatis laboribus paria facere poterit? nū quis posterit officiū beneficio pensare? Maior est hæc in nos collata beneficētia, quam ullis posit vñquā repēdi beneficijs. Et quod pluris faciendū est, hæc non solū in probos, qui re quauis dignissimi sunt, sed in improbos, qui maleficio possunt, quā beneficio multādi essent, iuxta illud: Par pari referēdū est, redditū videntur. Adde quod, hi præceptores nūquā grauatur operā suā nobis impetrare. Atq; horū re A 4 vñquā superior,

EPISTOLA:

Uerius, ita paratiō copia. Accedit huc et otium illud et cogitationis secretū. Licet preſiū inficere singula, licet retractare, licet expēdere. Quare illos, nō secus ac parentes, vnicē diligamus, colamus, ac veneremur. Hos mēte versemur, hos sumamus semper in manibus. Hi nobis et vigiliū tibus et dormiētibus occurràt. Cū his sit sermo noster. Haec nostre sīnt deliciae, hi risus nostri: deniq; totam cū his viam, habentes vtrō citroq; sermonem, impendamus. Quādo libris tum corporis, tum animi salus accepta ferenda est, et eorum singulari beneficio tranquillē degere licet, omnia feliciter gerere, et pro votis rempub. administrare, ipsorum duntaxat beneficio, datur. Solem ē mundo abſulerit, quisquis literas eradere vel cogitauerit. Quād sīnt miseriſ ſolatio nunc præteribo: ſenibus vtilitati, iuuenibus ornamento, non dicam. Incredibile eſt, quantum accedit ex ipſis Muſarum fontibus emolumenti, ac frumentus uberrimi. Que omnia clariū constant, ut noſtra oratione ne quādam egere videantur. Vbi ſunt tandem iſti, qui nulla lectione instructi, totius eruditioñis expertes et ignari, totius consilij inopes, ſua illa infantia, ingenijq; exiguitate audent in ea, que à magnis et præclaris viris pie ſunt ſcripta, et in optimos quoq; autores ſua lingue virulentia debacchari? Iudicareq; de doctis impudenter audentes, hoc eſt, de illis, quorum ſtylum recondita eruditio, multiplex lec̄tio, longissimus uſus diu quaſi fermentauit? Hęc pro tot vigilijs rependunt beneficia? Ut gratias agunt ijs, qui non probis modō ac gratis, verū in gratis quoque, et ſcelestiſimis beneficentiam ſuam impariunt. Quād ſunt acceptorum (ſi dijs placet) beneficiorum memores. Hęc monstra, an homines dixeris pagas nos

EPISTOLA.

nos, an Christianos? ſanos, an infanos? Hos micam habere dicas vere eloquentia? Literatos verē dixeris, cum bonas literas, et earum candidatos tanta lingue rabie lanient misereq; lacerent? Nam tanquam tinnitu erea vasa, ſic oratione cuiusq; animi voluntas cognoscitur. Obscura profecto, illiberalis, et perniciosa eſt omnis eloquentia, que cum animi innocentia, vita dignitate, op̄imarumq; virtutum ſtudijs atq; laude pugnat. Pro deūm immortalem ijs non imma tellus debifcat, non ſuperas adigat ad umbras palolentes Hærebino etemq; profundam? Præſertim cum illis inuentarum artium gloria, et quod laudabilis ſua industria ſolicitudines noſtras alleuarint, ſumma veneratio gratiaq; debeatur. Et quod maiores te rapiet in admirationem, nemo quisquam ubiorem ex his autoribus ceperit uileitas tem, quād qui humanitatis, et prime notae viros, quantum potest, conuicijs incēſit: hoc unum ſibi persuasi, quō impudentius in eos inuectum fuerit, eō maiores gloriam apud omnes reportatueros. Eorumq; autorum gloriam obſcurare conantes forſan, dum ſuam ſtudent attollere, que tanquam ſol ceterorum omnium nominis celebritatem ſuo ſplendore uelut obſcurat. Cum alioquin magna ſit adminratio illorum hominum illuminatè, ut ita dicam, ſapienterq; dicentium, quos qui verē expurgatis auribus audiūt, tanto interuillo præſtare ceteris exſlitiant, quanto homines brutis ac beluis: ſic oratione modestia grauitate mixta, nihil admirabilius dici ſingiq; potest. Atq; hac de cauſa Pericles optare ſolere commiſſoratur, ne quid ſibi verbum in mentem ueniret, quod multitudinis animos offendereſet. Nullius enim rei diuturnior eſt memoria, quam violata oppreſſaq; dignitatis, nec aliud eſt vehementius

EPISTOLA.

ad amicitias diffundas, extinguentamq; ciuilis vita socie-
tate, quād petulās ac maledicā lingua, quasi seditionis fla-
bellū. Adhibenda igitur est istis hēc excellentium viro-
rum moderatio, ne eloquentie virtio temere & alterius in
perniciem abutantur : muli (ni fallor) animum re pres-
stantes, qui vbi primum lac maternū ad satietatem vs-
que suxerit, pietatis materna penitus oblitus, ipsam
calcibū iugiter impetere non erubescit. Hos mulos vel
Plato ipse expertus est. Habuit Zenocrates suos inui-
dos : Socratis incorrupta vita, Aristidis illa summa ius-
titia his rabiis beluis impedita est. Habuit & C H R I-
S T V S, agnus sine vlla criminis labecula, à quo Samari-
tanus, demoniacus, populi proditor pleno ore dicere-
tur. O miseram hominum cecitatem, o derelictos ab hu-
manitate animos. Quos ego, sed motos prestat compo-
nere fluctus. Ad picturam & opticen docendam seruos
& obnoxie conditionis homines non admittebat prudens
vetustas, his hominibus publicis salarijs onustis scholam
ingredi licet? Publicè profiteri? Et eas artes, quas maiores
nostrī liberales esse & dici voluerunt, quod homine libe-
ro digne sunt: aut certè ita dictæ, quod his artibus institu-
ti ex mancipio vitiorum summam ac legitimam quodam-
modo manumissionē nāciscerentur : ut eruditè docet Ce-
lius Calcagnius. Eheu me miserū. Hēc fusius persequi, ut
liceret erat animus, nisi me ab incepto dolor & lacryme,
quaे totam nostram complerant faciem, cū hēc tam nefana
discrimina obiter perstringeremus, auocassent. Dabitur
aliás strigendi calamū in hēc nature portenta, & in hos
tenebriones pro votis inuchendi commodior locus, nisi à
tauta insania resipiscant miselli. Et quod magis dolendum
est,

EPISTOLA:

est, & maiori luctu prosequendum, hēc presentibus di-
scipulis geri videas. Hanc tantam morum corruptelam cū
discipuli sancto viuendi exēplo imbuendi cernant in suis
præceptoribus, cogūtur in schola pro artibus liberalibus,
maximè illiberales discere. Vnde euadunt Grammatici
stylo quæcunque velis eleganter depingentes, proprijs
vtentes verbis, quibus bonos viros traducunt. Dialectis
ei acuti in excogitanda in fratribus perniciem argumenta-
facundi oratores, qui ex locis inuenta in eorum exitium,
quos oderunt, amplificare sciunt: Philosophi summi ad
inuestigandam proximi vitam, non naturæ areana: Pos-
tremò Theologi, qui pro humilitate superbiam, pro chas-
ritate inuidiam, pro continentia dissolutionem induc-
rint, vigilantiores in scrutando Dei cultum, quam in ser-
uando: contemnentes ore mundana, mente opes, honores,
gloriam conquirentes. Pueri sic in Gymnasij instituti,
si postea viri facti populis prestat, non ne pro salute in-
teritum parient? Cum nullus rectè clauum rerumpub-
tenere posset, preter illum, cui sancta contigerit insti-
tutio: sine qua humaniores literæ vehementius nocent,
quam prosunt. Reuolute annales veterum, inuenies-
tis profectò, scientiam humanam nil aliud esse, quam
telum in manu furiosi, nisi nocta fuerit possessore
virum bonum. Quis enim facilius & perniciosius offi-
cere, atq; adeò errores commouere poterit, quam Gram-
maticus, si malus sit dum mendaci vocabulū interpreta-
tione modò vnum, modò alium ex iisdem verbis sensum
elicit, in suam cupiditatem detorquens? Quis pestilentius
omnia cōfundet, quam Dialecticus? Qui ex fallib; sensi-
bus errans argumenta validioris veritatis pra se sc̄reti,
cogit

EPISTOLA.

cogit rude vulgus ea credere, que diuinis literis omnino repugnant: quod nunquam posset, nisi hac arte fretus, qua potissimum video as ipsos hæreticos sua impia dogmata tuari, cum nullus sit sermo non recipiens contradictionem, nec vlla argumentatio, que per aliam non subvertatur. Orator qui sua fucata oratione decipit, vexat, qui suo ex loquio equa iuxta et iniqua persuadet, simplicem cladem reipublicæ infert? Philosophus non minus pestis instillat suis impijs opinionibus, turpisimq; placitis contaminando populum. De Theologo quid dicam? qui vt in fulcienda ecclesia cunctos superat, si bonus est, ita et in eadem la- befactanda, si malus. Nihil autem tam sanctum, quin is, qui natura improbus est, vertat in occasionem peccandi. Quis namq; doctrinam disseminat non sanam? Quis olim Arriana excitauit insaniam? Quis Grecos ab ecclesia seiu- xit Romana? Quis hoc tempore tanti in Germania malefons fuit? Theologus profecto impius omnia perturbat, op- primit, proculcat, dum suis expositionibus, syllogismis, glo- fématis portentosis vim sacrae scripture inferens, pertulit plebeculam in varios errores, quibus ecclesia corrut, pro qua erigenda, tu summe Christe, totū corpus tuū grauiissi- mis voluisti patere supplicijs, vt à planta pedis ad verticē usq; foedatus, cruentatus, deturpatus fueris speciosus for- ma p̄e filijs hominū. Si ergo discipline humanae non iun- et e probitati, et à preceptoribus Rhetorico illo arti- ficio, et figurarum tum sententiarum, tum verborum pe- nitius destituti omninoq; ignari, et inter docendum disci- pulos in historiographis et poetis nullam eleganciæ, ac phraseos facientes mentionem, tantam malorum colluici- tot scelerum monstrauobis pariunt, cur rectam illam mo- rum

EPISTOLA.

rum formationem in pueris fingendis, et eleganter, accusateq; ac christianè instituendis negligimus? solam do-ctrinam curantes? quasi res sit, parum ad vitam Christianam faciens, quid primū rudi etati infundas. Quòd si animaduerteremus, quantam ad iras, ad libidinem, reli- quaq; animorum pestes proclivitatem natura nobis inge- nerauerit, nō ita despiceretur, quod semper deberet cura- ri; nunc tamen maximè, quòd iniquitas iam ad summū per- uenerit, ex mundo probitate omnino expulsa. Quamob- rem resipiscant, resipiscant tandem isti et verè suos eru- dient discipulos, lingue rabiem deponant, si quam habēt, sedulam gregis commissi curam gerant, in bonos et pios autores, quosq; ecclesia à se non seiuxit. Stultè deblate- rare desinant: grunnitum suibus, binnitum equis, rugitum leonibus, summumq; Stentori clamore, Thrasoni sycophā- te iactantiam restituant: hæcq; vt christianè dicta sunt, ne sinistrè interpretentur. Neminem ledendi, dum hæc scriberem, erat animus, tantum sui quæq; officij, si qui nō perfunguntur, amicè admonere voluimus. Quibus deniq; que sovt suadeas, doctor integerrime, ne decentium den- tibus edentuli inuidet (iuxta D. Hieronymū) et oculos capræarū talpa conténat. De Luciano, si eius laudes expre- stas, que propè immēse sunt, paucis accipe, rem verbo ex- pediam: dignus, quem Roterodamus ille vir meliori secus lo dignissimus, latinitate donaret. Superest vt ad ediscen- dum, exprimendum que de vita huia contemptu p̄iè do- cet, et que de opibus spēnēdis christianè quidem tradit, que de ambitione fugienda precipit, accuratè vita et mo- ribus, tuo quidem impulsu, nostri auditores, referre pro se quisq; conetur. Et istam audaciam, de qua satis hic tecum multa,

EPISTOLA.

multa, compescere vñā meū, vir piissime. Quæ hic cruditer ac perfusorū satis, et alijs quidem grauioribus studijs occupatiissimi scribimus, illud omnes velim admonitos, ne de his quæ ad pietatē pertinent me quicquā hic reprehendisse, attigisseq; putent: sed eorum causam duntaxat agere, et ab alijs stare contra istos, qui humaniores literas et illarum scriptores conuicijs incessunt, lacerant ac mordent. Cum illos ecclesia in vetitorū catalogum, non adhuc retulerit. Quod proculdubio mei voti propediem sum euasurus compos, si tibi viro integro triū linguarum longè omnium peritisimo, ut magni et percerbres viri opinantur, dicari, placereq; tuo nomine undiq; tam exire omnes viderint. Tua eruditio quanta sit, quanta ingeniose ceteris prestes, Valentina Academia, ubi iam per vicennium publicis stipendijs reginam omnium disciplinam Theologian profiteris, abūdē fidem faciet. Quare te vñā illud obsecramus, vt nos de hinc vnd cū nostro Luciano, in tuam fidem recipias, inq; tuorum amicorum gregem asciscere. Si hæc qualiacung; certè amoris erga te nostri certissimum testimonium, tueri, et aliquo in pretio habere via deris, maiora propediem expecta à tuo Matio, et que sis bi immortali gloriæ, et posteris maiori utilitati fore censemus. Vale nostræ Academie et totius Hispanie decus. Anno à Christo nato M.D.LX. Calendis Decembris. Haec est epistolam mendis refertam et non ita satis elaboraram. Vix enim vacuit scriptam recognoscere. Sed suspicabar hoc sic amanti fore gratius, si scriptum reciperes ipsis lituris ac dispunctionibus referens notas animi ex te pore simpliciter ac sine fuso apud amicū sese proferentis.

F I N I S.

LVC. SOMNIVM SI-
VE GALLVS, DES. ERASMO RO-
TERODAMO INTERPRETE.

INTER LOQVVTORES:

Gallus, Micyllus.

MICYLLVS.



T TE scellestissime Gallo,
cū ista tanta inuidentia, vos
ceq; tam acuta ipse perdat
Iuppiter, qui quidem opio-
bus affluentem me, as dul-
cissimo in somnio versan-
tem, et admirabili felicitas-
te fruentem, penetrabile quidam
et clamosum resonans
expergefeceris, adeò vt ne
noctu quidem effugere liceat paupertatem, vel te ipso
longe nocentiorum. Atqui si coniectandum est, tum è fa-
lentio quod etiam dum ingēs est, tum è rigore, frigoreq;
quod nondum me, quemadmodum affolet, antelucano mor-
fiscat titillatq; (nam hic mihi certissimus gnomon aduetan-
tis dici) ne medium quidē adhuc noctis est. Sed iste pers-
uigil, perinde quasi vellus illud aureum seruet, ab ipsa
protinus respera vociferari coepit. Verū haudquaquam
impune; siquidem mox poenas de te sumam, fusteq; com-
minuam, si diluxerit modò. Nam nunc negotium mihi fa-
ceres, subsiliens in tenebris. GALLVS. Here Micylle,
equidem arbitrabar me tibi gratum esse facturū, si quod ad
possem

LUCIANI GALLVS

possem, alta nocte lucem antevertissim, quò possest antea lucano surgens, qudm plurimum operis conficere. Etenim si priusquam sol exoriatur, vel vnicam feceris crepidam, isthuc laboris lucro tibi accesserit ad parandum victimum. Quòd si tibi magis libertate dormire, equidem tuo arbitratu quietem egero, longeque magis mutus suco pescibus. Ceterum tute videto, ne per somniū diues, esurias experres etas. M I C Y L L V S. O prodigiorum auersor Iupiter, o malorum depulsor Hercules; Quid hoc mali est? vocem humanam sonuit Gallus. G A L. Hocci'ne tandem tibi prodigiū videtur, si eadem qua vos lingua loquor? M I C Y L. Quid? an non hoc portentum? sed auertite dij malum à nobis. G A L. At tu mihi videris admodum illiteratus esse Micylle, nec euoluisse Homerī poēmata, in quibus equus Achillis, cui nomen Xantus, posteaquam biminitus longū valere iussisset, medio in prælio cōstitut, differens, totosq; versus ordine recitans: no quemadmodum nunc ego prosa oratione loquens: qui etiam vaticinabatur ille, deq; futuris edebat oracula, neq; quicquam prodigiosum facere vis debatur: neq; is qui tum audiebat, malorum auersorem, ita ut tu facis, implorabat, quasi rem abominandam, et auertendam audisse se se iudicaret. At quid tandem facturus eras, si tibi nauis cui nomen apud Homerum est Argo, carima fuisse eloqua, ita ut olim in Dodonæa sylua fagus per se loquens oraculum edidit? Aut si tergora dis repta serpere vidisses, si carnes boum mugire semiassas, constarē; veribus transfixas? Ego vero quum Mercurij sim affessor loquacissimi, deorumq; omnium facundissimi: prætereā contubernialis vobis et coniutor, haud mirum videri debet, si sermonem humanū edidici. Quòd si mihi recipias

D. ERAS. R OT. I N T E R P.

5

recipias taciturnum te, haudquaquam grauabor veriore me tibi causam aperire, vnde factum sit, vt eadem qua vos lingua loquar, et vnde mihi suppetat huius orationis facultas. M I C Y L. Modò ne isthuc ipsum sit somnium Galle, quod ita tecum loqueris: Sed dico per Mercurium, o præclare: quid etiam aliud rei tibi sit in causa, vt istam linguam sones. Nam ut taceam, neq; cuicunque profaram, quid attinet te sollicitum esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus: si cui narrem, me Gallum hæc loquentem ausisse? G A L. Ausulta igitur, nam orationem ex me audas, omnium (sat scio) maximè nouam, atq; incredibilem. Si quidem hic quinunc tibi Gallus apparco, non ita pridem homo fui. M I C Y L. Profectò et olim istiusmodi quiddam de vobis inaudieram: Adolescentulum quemque plam fuisse Gallum, Marti adamatum, atq; hunc deo come potasse, collusitasseq; et in voluptatibus gesisse morem. Itaq; cum Venerem adiret Mars cum ea cubiturus: hunc quoq; Gallum vñā secum adduxisse. Qyoniam autem Solem potissimum metueret, ne si è sublimi conspexisset, Vuls cano se proderet, foris ad hostium adolescentulum semper relinquare solitum, cuius indicio certior fieret, quando Sole emerget. Deinde Gallum aliquando somno corporeum, excubias deseruisse inscientem, Solemq; nullo praesentiente immixtus Veneri ac Marti secutè dormienti, propterea quòd consideret Gallum indicaturū fuisse, si quis interuenisset. Itaque Vulcanū à Sole edoctum, eos deprehendisse implicitos atq; irretitos ijs vinculis, quem olim in illos fuerat fabricatus. Porrò Martem simulo atq; dimissus est, indignatum aduersus Gallum fuisse, atque cum in auctor transmutasse, ijsdem armis, vt in capite

LVCIANI GALLVS

pro galea cristam obtineret. Hanc ob causam quod vos Martii purgetis, quoniam nihil opus, simulatq; solem exorientem sensistis, multò ante vociferari, atq; illius exortum prænunciare. GAL. Feruntur quidem & illa Micylle, At quod ego sum narratus, multò aliud quidam fuit, atque adeò nuper admodum in Gallum transmatus sum. M I C Y L. Quonammodo? Nam isthuc maximopere cupio cognoscere. GAL. Audistim de Pythagora quodam Mnæsarchida Samio. M I C Y L. Num Sophistam illum dicas, et gloriosum: qui instruit, ne quis vel carnes gustaret, vel fabas ederet, suauissimum mihi edulium, salubre, et parabile à mensa submouens? Præterea autem qui mortalibus suavit, ne intra quinque-nium loquerentur? GAL. Scis nimirum & illud, quemadmodum priusquam Pythagoras esset, Euphorbus fuerit? M I C Y L. Prestigiatorem, et prodigiorum artificem hominem aiunt fuisse, ô Gallo. GAL. Ille ipse ego tibi sum Pythagoras. Quare parce, quæso, mihi conuictari, præsertim quum ignores, quibus sim moribus. M I C Y L. At hoc rursus multò etiam quam illud portentosius: Gallus philosophus? Attamen expone Mnæsarchi gnate, quifactum sit, ut ex homine auis, ex Samio Tanagreus repente nobis prodieris. Neq; enim ista verisimilia, neque omnino facilia creditu. Quandoquidem duas quifidam res iam mihi videor in te animaduertisse, nimium alienas a Pythagora. GAL. Quas? M I C Y L. Alterum quidem, quod garrulus es, et ostreperus, quoniam ille filere in solidos quinque annos (si memini) præcepit. Alterum vero plane cum illius legibus pugnat. Etenim cum non habetem, quod tibi obijcerem, fabas hieri (sicne

D. ERAS. R.C.T. INTERP.

6

(sicut nosti) ad te attulit. At tu nihil cunctatus protinus eas sublegebas: unde fit ut necesse sit, aut ementitum esse te Pythagoram esse, quum aliud quiddam sis: aut si Pythagoras es, legem pretergressum esse te, iusq; violisse, quum fabas ederis, perinde ac si caput patris comederas. GAL. Non cognouisti Micylle, quæ sit harum rerum causa, neq; que ad unumquodq; vita genus conducant. Ego cum quidem non es tabam fabas, propterea quod philosophus essem. Nunc contra comesurus sim, quippe auicio congrua, neq; nobis repudiandum pabulum. Verum si molestum non est, audi quemadmodum è Pythagora coepes sim esse id, quod sum in præsentia, quamq; in multis via tæ generibus antehac vixerim. Et quid ex unaquaque transformatione sim consequitus. M I C Y L. Narr quæso: nam mihi quidè auditu iucundissimū fuerit. Adeò ut si quis mihi deferat optionem, utrum te ista narrantem audire malim, an rursum felicissimum illud somniū, quod prulò ante vidi, videre, haud sciam utrum electurus sim, usqueadè cognata germaniq; videntur esse ista tua cùs suauissimus illis visis, et ex a quo vos astimo, te pariter ac præclarum illud in somnum. GAL. Etiamnum tu somnum illud quod dudum tibi visum est, in animum reuocas, et mania quedam obseruans simulacula, atque (vix loquuntur poæ) euaniadum quandam felicitatem memoris consecularis? M I C Y L. Imo illud scias Gallo, ne illo quidem tempore unquam nisi illius mihi venturam obliutionem. Tantum mellis somnum aufugiens in oculis mihi reliquit, ut pre illo vix que im palpebras attollere, rursus in somnum coeuntes. Itaq; qualem volatatem movent penne in auribus versata, talem tuillationem mihi præbent

LVCIANI GALLVS

præbent eaque vidi. GAL. Nouum quendam Hercule mibi narras amorem insomnijs, siquidem alatum quum sit (sicut aiunt) metasq; volandi præscriptas habeat somniū, iam' que septa transflit, in oculis etiam vigilantis obuera sans, adeoq; mellitum, & cvidens appetet. Quare percutiū audire, cuiusmodi nam sit istud, quod te supra modum delectat. MICYL. Gestio narrare. Nam dulce est hoc ipsum meminisse, & commemorare de illo quippiam. Verum heus Pythagora: quando tu narrabis de tuis transformationibus? GAL. Vbi tu Micylle desieris somniare, melq; illud ab oculis absteseris. Interim prior dico, ut intelligam, vtrum ne per portas eburneas, an per coroneas tibi somnium aduolarit. MICYL. Neque per has, neque per illas, ô Pythagora. GAL. At qui duas has tantum commemorat Homerus. MICYL. Valere finis nus gatorem illum poëtam, qui nihil de somnijs intellectus. Paupertina fortassis somnia per istas commeant portas, qualia videbat ille: neq; id admodum perspicue, quippe captus oculis. Mihi verò per aureas quasdam portas dulcissimum hoc aduenit somnium, & ipsum aureum, & aureis vndiq; circumamictum, & auri plurimam secum adducens. GAL. Desine optime Mida de auro fabulari. Nam dubio procul ex illius voto, illud tibi accidit informium, & solidas auri venas mihi duxisse videris. MICYL. Multam auri vim vidi Pythagora, multam, quāna putas pulchri? Quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam in memoriam redige, siquidem meministi, quū aquam præstantissimam dicens, postea aurū admiratur, idq; iure, statim in initio carminis unius omnium bellissimi. GAL. Num illud queris?

Aqua

D. E R A S. R O T. I N T E R P.

7

Aqua est illi quidem optima:

Caterūm aurum, vt candens

Ignis, ita emitens, noctibus emmet eximie vnum

Cæteras supra opes: quæ

Gloriam ac decus addunt.

MICYL. Per louem, isthuc ipsum: perinde enim ac si in somnum meum videat Pindarus, ita prædicat aurum: sed ut tandem cognoscas quale fuerit, auctorita iam sapientissime Galle. Meministi vt heri nullum domi cibum acceptum: siquidem Euclates diues ille forte mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad coenam venire iussit? GAL. Isthuc equidem planè memini. Nam totum esuriebam diem, donec mihi profunda tandem vesperra domum reuersus, subuvidus, vinoq; madens, quimque illas fabas proferres, non admodum opiparam coenam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quiq; Olympia non segniter olim decertarit. MICYL. Ast vbi reuersus à coena fabas tibi obiecisset, obdormij protinus. Tum mibi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuum quoddam haud dubiè somnum assitens. GAL. Sed prius que tibi apud Eucratem acciderint Micylle narra: & cuiusmodi fuerit coena, queq; super coenam acta sunt omnia. Nihil enim prohibet te denud coenare, si veluti somnum quoddam eius coene reducas, & que tum ederis, rursum commemo ratione quasi rumes. MICYL. Credebam molestem futurum me, si hæc quoq; retulisset: verum postea quam tu desideras, en id quoq; narrabo: quum nūquam antehac in vita coensem apud ullum diuiti, ô Pythagora, heri bona quipiam fortuna in Eucratem incidi: atq; ego quidem simulatq; dominū illum salutarem, ita vti consueram,

B 3

subdat-

subducebam me : ne pudori illi essem, si lecera in veste
fuisseisset affectatus. At ille; Micylle, inquit, hodie natalitia
filie celebro, plurimosq; ad conuiuum amicos invitauit,
verum quoniam diuit quendam ex his incōmoda esse va-
letudine , neq; posse pariter ad conuiuum nostrum acce-
dere: tu eius loco venito lotus, nisi ipse forte qui vocatus
est, semet ad futurum renuntiarit: nam nunc quidem ambi-
git. Hoc ubi audissem, adorato diuite discedebam : omnes
obsecrans deos, ut algidam febrem aliquam, aut alterum
dolorem, aut podagran morbi auctarium immitterent va-
letudinario illi, cuius ego sellē occupator, cœnēq; vica-
rius, & hæres eram vocatus. Interim hoc spatiū, quod usq;
ad balnei tempus intercessit, longissimum seculum esse ius-
dicabam: dum subinde respicto, quotquot pedum esset lis-
tera, & quando illos iam lauisse consentaneum esset. Hic
ubi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atque
abeo, nitidè admodum cultus: sic obuerso palliolo, ut qua
esset parte purissimum, ea videretur. Offendo autem ad
fores, & alios complures, in quibus etiam illum (gestaba-
tur autem à viris quatuor) cuius eram subconuina voca-
tus: qui in ille habere dictus erat, atq; id etiam præ se fere-
bat, quod afflīctus esset valetudine : nam ex alto gemebat,
et siebatq; ac screbat, velut ex abdito: quodq; ægre grar-
deretur totius pallidus ac tumes, annos natus circiter sexas-
ginta. Ferebatur autem philosophus qui piam esse, ex his
qui apud adolescentulos nugas deblaterant. At barba mi-
rè erat tragica: id est, hircina, supra quam credi posset
consoris egens. Porro increpante Archibio medio, quia
obrem quin ita esset affectus, aduenisset: non oportet,
inquit, promissa deserere, præsertim hominem philoso-
phum.

phum, etiam si mille urgeant, & instent morbi. Putabat
enim Eucrates sese à nobis haberi ludibrio. Haudqua-
quam, inquam ego ; imò collaudabit te, si domi potius
apud te velis emori, qudm in conuiuio animam vñā cum
phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia
disimulabat sese dicterium audisse. Haud multò post ac-
cessit & Eucrates iam lotus : conspectoq; Thesmopoli-
de (nam id erat philosopho nomen) Præceptor, inquit,
probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos veneris.
Tamen si nihil deterius tibi fuerat futurum. Siquidem
etiam absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simu-
latque dixerat introreditur, manus illi porrigens pari-
ter & famulis innitenti. Ego igitur iam abire parabam:
verum ille conuersus ubi diu secum hæsitasset, poste a-
quam me tristem admodum videret : ades, inquit, tu quoq;
Micylle, ac nobiscum cœna. Nam filiū in mulierum
conclavi vñā cum matre conuiuum agere iubeo, quo tñ-
bi sit locus. Ingrediebar itaque, quum parum absuerit, ut
lupus frustrā hians discederem, verum ingrediebar pus-
desfactus, quòd Eucratis filiolum è conuiuio viderer ex-
pulisse. At ubi iam tempus esset ut discumberemus, pri-
mū tollentes Thesmopolim composuerunt, haud sine
negotio per louem, quinq; (si dijs placet) proceri iuue-
nes, ceruicalia illi supponentes vñdiquaq; : quo nimisrum
in eodem habitu permanere ac longum etiam tempus du-
rare posset. Deinde ubi nemo iam tolerare posset, ut iux-
ta illum accumberet, me adductum reclinant, ut eadem
in mensa essemus. Deinceps cœnabamus, ô Pythagora,
opiparam quandam, & variam cœnam, multoq; in au-
to, multo item argento. Pocula erant aurea, ministri
formosi;

LUCIANI GALLVS

formosí: tum cantores, & concitandi risus artifices. In summa, iucundissima que piam erat vita: nisi quod unum quiddam me vehementer male habebat: Thesmopolis obrepens atq; obturbans, virtutem nescio quam mihi comemorans, docensq; quod due negationes unicam efficerent affirmationem: quodq; si dies sit, nox non sit. Nonnunquam & cornua mihi diciturbas esse, atque id genus multa philosophabatur erga me, quibus eiusmodi nihil opus: planeq; voluptate interpellatione minuebat, quum non sineret exaudiri eos, qui cithara, vocēq; canebant. Habet Galle de cœna. G A L. Non admodum suavi Micylle: maximè posteaquim cum illo deliro sene sortitus eras accubitum. M I C Y L. Audi nunc & insomnium: Visus est enim mihi Eucrates ipse, quum orbus esset liberris, nescio quomodo è vita decere. Dehinc ubi me accessisset, ac testamentum condidisset, quo me insolidum heredem omnium scripserat, paulò tempore superstes emovi. Porrò ipse videbar adire facultates: et tum aurum, argentumq; ingētibus quibusdam scaphis exhaustire, perpetuò subscaturiens, & affatim affluens: tum autem vestes, mensas, pocula, ministros, omnia mea, ut par erat, esse. Postea candido vehiculo vectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspiciebatur & admirandus. Accurrebant permulti, ac circumequitabant; complures sequerentur. Ego interim illius induitus vestitum, & annulos gerens circiter sedecim digitis inseritos: epulū quoddam splendidum iubebam adornare, quo amicos acciperem. iamq; illi, ita ut insomnio fieri consentaneum est, aderant: iam epule erant comportatae, iam potus ex animi sententia ministratus. In his quum versarer, & auris phialis præbibe-

D. ERAS. ROT. INTERP.

9

præbiberem omnibus qui aderant amicis: quum iam inferrentur bellaria, intempestiuo tuo clamore perturbasti nos bis conuiuiū, mensag; subuertisti, ac diuitias illas ita dissipasti, ut in auras euanescerent. Num tibi videbor iniuria stomachatus in te? nam vel treis noctes perpetuas libetere adhuc somnium illud, quod mihi accidit, videre cupiam. G A L. Adeo ne es auri cupidus, & opum audius Micylle: idq; ex omnibus unum admiraris, ac felicitatem unicam esse iudicas, si plurimum possideas auri? M I C Y L. Equidem haud solus ita cogito Pythagora: quin ipse quoque, tum quū Euphorbus esses, auro atq; argento comis interato, prodibas pugnaturus cum Achilius: idq; in bello, ubi ferrum quā aurū gestare satius fuerat. At tu etiam tum volunti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atq; ob eam, opinor, causam, Homerius comes tuas Gratijs similes dixit, quod auro argentoq; reuincirentur. Elenim longe nimiri meliores, atq; amabiliores videbantur, quod essent auro religatae, vnaq; cum eo relucerent. Neq; isthuc nouū est Auricomē, si tu Pantho patre prognatus, aurum in pretio habuisti: quin & ipse deorum omnium, hominumq; pater ille Saturno, Rheag; progenitus, quū Argolicam illam puellam adamaret: ubi nihil inueniret amabilius in quod se se transformaret, neque quo Acrisi custodias posset corrumpere: audisti videlicet, ut aurum sit factus: atque ita per tegulas illapsus, potitus est ea quam deperibat. Iam vero quid tibi cōmemorem, quam multos usus præbeat aurum? & ut eos quibus adfuerit, formosos, & sapientes, & potentes reddat, decus & gloriam illis cocilians? utq; nonnunquam ex obscuris & famibus, claros ac celebres repente efficiat? Nam nosti

C vicinum

LVCIANI GALLVS

vicinum mihi & eiusdem artificij Simonem: qui paucis
 ante diebus apud me cœnauit, quū legumen coquerem sa-
 turnalibus, duasq; extorum cœfuras immittens? G A L. No-
 ni Simonem illum breuem: qui fistilem ollulam, que nobis
 erat vñica, suffuratus, peracta cœna abil, sub ala gestans.
 Nam ipse vidi Micylle. M I C Y L. Atqui quum eam susti-
 lerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed cur nō pros-
 debas, te vociferare tum, ô Galle, quum nos furto spon-
 liari confspiceres? G A L. Coccizabam, quod mihi solū
 licebat iā temporis: verū quid simon ille? Nam videbas
 re de illo diſturus, nescio quid. M I C Y L. Et confobri-
 nus erat vir supra modū dues, nomine Drimylus: quād
 vñebat, ne obulum quidē donauerat Simoni: nam qui das-
 ret, quum ne ipse quidem pecunias attingeret? At simul
 atq; mortuus est nuper: vñiuersis illis opibus iuxta leges
 Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumingebat,
 gaudens potitur: purpura ostroq; circuitectus: famulosq;
 & currus. & aurea pocula, & mensas eburnis innixas pe-
 dibus poſſidet: ab omnibus adoratur: iamq; nos ne affspic-
 quidem. Etenim nuper quum illum procedentem confspe-
 xiſsem. Salve, inquam, simon. At ille indignè ferens: E dī-
 cite, inquit, mendico isti, ne vocabulum meum dimmuat:
 neq; enim Simon, sed Simonides appellor. Porrò (quod est
 om̄iū maximū) mulieres etiam illius amore captuntur.
 Atq; is quidem eludit eas, ac fastidit: & alias quidē admit-
 tit, comemq; si se præbet: alie porrò que negliguntur, ne-
 cem consciurus sibi minuantur. Vides quantas cōmoditas-
 tes parat a rū: quād quidem eo: qui sunt deformissimi,
 transfigurati, & amabiles reddit noſecus atque cestus ille
 poeticus. Aut ſuper & a poeta dictum:

O' aurum

D. ERAS. ROT. INTERP. 10
 O' aurum auſpiciatares, & oſtentum optimum.

Et rurſum:

Aurum eſt quod opibus imperat mortalium.

Sed quid interim riſisti Galle? G A L. Quoniam tu quo-
 que per incitiam Micylle, ſimili modo falleriſ opinione
 de diuitiis, quemadmodū vulga: verū (crede mihi) longe
 etiam ærumnatiorem vitam viuunt, quam vos. Hęc au-
 tem loquor, qui ipſe & pauper, & diues aliquando fue-
 rim, atq; omne vitæ genus ſim expertus. Porrò paulo poſt
 ipſe quoque hęc omnia cognofces. M I C Y L. Per louem
 tempeſtuum iam eſt, vt & tu referas quemadmodum ſis
 transfiguratus: & quid in unoquoq; vitæ genere perſpe-
 xeris. G A L. Ausculta, hoc tantūm præmonitus, me nemia-
 nem feliciorem vita, quam tu ſis, vñquam vidiffe. M I C Y L.
 Quidam ego ſim ô Galle! Hanc felicitatem tibi p̄p̄ ſi
 imprecor. Nam videre me tibi ridendum proponere. Ve-
 rum age, narra, exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris
 in Pythagoran trāſformatus: Deinceps ordine ad Gallū
 vñq;. Consentaneū enim eſt, te varias res tum vidiffe, tum
 tuliffe: nimirū tam diuersis vitæ formis. G A L. Quemad-
 modum initio ab Apolline profecta anima in terram de-
 uolarit, & corpus humanū ſubierit, vt illuc poenam quan-
 dam dependeret, id longum dictu futurum fit. Prætereā
 neq; mihi referre fas eſt, neq; tibi eiusmodi audire. Verū
 vbi Euphorbus factus eſsem. M I C Y L. Sed ego priuſ-
 quam eſsem is, qui nūc ſum, ô præclare quisnam eram? hoc
 mihi priuſ dicito, nunquid & ego versus fuerim itidem vt
 tu? G A L. Maximē. M I C Y L. Quis igitur eram? ſi quo
 modo potes dicere, peruelim enim iſthuc cognoscere:
 G A L. Tu formica fueras Indica, ex earum genere, qua-

aurum effodiunt. M I C Y L. Et postea neglexi infelix,
vel paucula frusta in vita importare: quū illo effem alius?
Sed agè quid post hæc futurus sim dico: quandoquidem
consentaneum est scire te. Etenim si quid bona sit rei, iam
nunc suspèdero me ab ista pertica, in qua nunc stas. G A L.
Isthub profectò nulla ratione possum cognoscere. Cæterū
quum Euphorbus effem (nam ad illam redi) in Troia pu-
gnabam; utq; à Menelao necatus, aliquanto post tempore
in Pythagor. mi perueni. Porro consq; absq; cibo perdu-
rabam, donec Mnesarchus aliquando mihi domum edifi-
caret. M I C Y L. Obscuro te, num absq; cibo potuq;?
G A L. Maximè. Nihil enim istis rebus opus, nisi corpori
duntaxat. M I C Y L. Illud igitur prius dico, ea que ad
Troiam gesta sunt, num ita se habent, qualia fuisse dixit
Homerus? G A L. Quinam ille scire potuisset Micylle;
qui quidem dum ista gerebantur, ipse camelus erat in Ba-
etris? Cæterū ego tibi tantum effabor diuinitus, nihil
id temporis eximum fuisse; neq; Atacem vsq; adeò magnū,
neq; Helenam adeò formosam, quem id modū arbitrantur:
si quidem vidi candida quadam & procula ceruice, vt
hinc cygno prognatam esse adsimilaret. Cæterū vehe-
menter anum, & qualem propemodum. Hecubæ Hanc The-
seus primum raptam in Aphidnis possedit. Is vixit Hercules
lis fermè etate. Porro Hercules prius Troiam cuperat. pa-
trum nostrorum memoria, qui per id temporis maximè flo-
rebant. Nam hæc mihi Pantibus narravit, se cum esset ad-
modum adolescens, vidisse Herculem. M I C Y L. Quid
autem Achilles? Num talis erat, nempe quavis in re pre-
stantissimus? An & isthæc fabulamenta sunt? G A L. Cum
illo quidem congressus non sum: neq; queam adeò coperie
de rebus

de rebus Græcorum dicere. Etenim quis scire potui, quam
hostis effem? Certè Patroclum illius amicum, haud ita
magno negotio perem lancea dissectum. M I C Y L. Deinde
de te Menelaus multo minore negotio; verum istis de res-
bus satis: Nunc res Pythagoricas refer. G A L. Illud in
summa Micylle: sophista quispiam eram (oportet enim vis
delicet fateri verū) alioqui non imperitus, neq; inexcusa-
tus in honestissimis disciplinis. Profectus sum autem in
Aegyptum: quò cum prophetis congrederer, de sapien-
tia communicaturus. Hic adyta subij, atq; ibi Ori & Ixi-
dis libros perdidici. Post rursum in Italianam renaui gabam,
ac Græcos iuxta ea que in Aegypto didiceram, ita insti-
tui, vt me perinde ac deum suspicerent. M I C Y L. Equi-
dem inaudieram isthæc: præterea quemadmodū creditus
fueris, defunctus in vitam rediisse, vtq; aureum semur il-
lis subinde ostenderis. Verum illud mihi dico, quid tibi
venit in mente, vt legem statueres: ut neq; carnibus, neq;
fabis vescerentur homines? G A L. Ne perconteris ista
Micylle. M I C Y L. Quamobrem ô Galle? G A L. Nam
pudet hisce de rebus verum fateri. M I C Y L. Atqui non
conuenit, vt id facere graueris apud hominem contuber-
nalem & amicum: nam heru[n] posibac, absit vt dixerim.
G A L. Nihil sani, neq; præclari quicquam erat: verum ani-
maduertebam, si consueta modò, atque eadem que vulgo
traduntur a multis præcepissem: non fore, vt mortales in
admirationem adducerem, sed quō peregriniora, magisq;
aliena proposuisse, futurum, vt hoc magis nouus, ma-
gisq; viderer admirandus. Promde institueram in animo,
noue quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto
cuius causa esset inexplicabilis, quō videlicet alijs aliud

LVCIANI GALLVS

coniectantibus, omnes redderentur attoniti: quemadmodum in obscuris oriculis solet vnu venire. M I C Y L. Illud vide ut rideas me tu quoq; non minus atq; Crotoniatis, ac Metaponticos, & Tarentinos: cumq; his alios, qui muti sequuntur, tuiq; adorant vestigia, que tu calcata reliquisti. Verum ubi Pythagoram exueras, quem post eum induisti? G A L. Aspasiam Miletensem illam meretricem. M I C Y L. Pape, quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras? Ita ne fuit aliquando tempus quo tu Galle generosissime oua pariebas, cumq; Pericle rem habebas, iam Aspasia videlicet: atque ex illo grauiditate facta es? Preterea lanam tondebas tramamq; deduces bas? Postremò meretricum in morem gestiebas, vultumq; componebas? G A L. Ista guidem omnia feci, tametsi non ego solus: verum & ante me, tum Tiresias, tum Elati proles Cœneus. Proinde quicquid in me conuitij dixeris, tandem & in illos dixeris. M I C Y L. Agè igitur, utra tibi vita erat suauior, quin vir essem, an quum Pericles tecum haberet consuetudinem. G A L. Vides cuiusmodi isthuc est quod percōtaris: nempe cui ne Tiresiae quidem expedierit respondere. M I C Y L. Atqui si minus fatearis tu: tamen isthuc Euripides satis explicavit, quum ait: se malle ter sub clypeo consistere, quam parere semel. G A L. Imò præmoneo te paulò pōst pueraram fore: siquidem & tu mulieres olim futurus, idq; sepius longo numerum seculorum orbe, atq; recursu. M I C Y L. Non tu penderis, ô Galle, qui guidem omneis mortales Milesios, aut Samios esse ducas? Nam aiunt te etiam tum quum Pythagoras essem, venusta forma decorum, sepius Aspasiam fuisse Tyranno. Verum agè secundum Aspasiam, in quen virum aut

D. ERAS. ROT. INTERP. 12

aut mulierum denuò renatus es? G A L. In Cratem Cynicum. M I C Y L. O' Castor, & ô Pollux, quām dissimile, ex scoto philosophus! G A L. Deinde rex: deinde psuper: paulò post satrapes: dehinc equus, graculus, rana, aliq; innumerabilia: per longum enim fuerit singula re- censere. Postremò Gallus, atque id sepius; nam hoc vita genere sum delectatus, interea & alijs diversis mortalibus seruui, regibus, pauperibus, diuitiibus: postremò nunc tecum viuo, videoq; quotidie, quum video te paupertatis tædio complorantem, eiulantemq; ac diuitium admirans fortunas, propterea quod ignores quantum illis adesse malorum: alioqui si curas noris, quibus illi distracti guntur, te ipsum profecto riseris, qui antea credideris eum, qui sit opulentus, statim felicissimum esse omnium. M I C Y L. Ergo Pythagora, aut quid maximè gaudeas appellari, ne confundam orationem, si te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. G A L. Nihil intererit, siue Euphorbum, siue Pythagoram, siue vocaris Aspasiam, siue Cratem, quandoquidem ista omnia sum unus, nisi quod rectius feceris, si (id quod in presentiarum esse videor) Gallum me voces, ne auem hanc parui ducere, contemnere que videare: præsertim quum tam multas contineat animas. M I C Y L. Ergo Galle, quandoquidem omnia penè via uendi genera iam expertus es, atque omnia cognita haebes, agè dilucide mihi narrato, que sint peculiaria diuitium ad vitationem, que psuperum propria: quod videlicet cognoscam, vere ne isthuc affarmes, me diuitibus esse feliciorem. G A L. En hunc admodum interim penderis Micylle. Te quidem non magnopere tangit cura belli, si quando rumor fit aduentare hostes: neq; solicitus

es, ne in agros incurvantur, ne uerba hortum proculcent, proter. intq; aut vineas vastent: sed simulatq; tubam audieris, si tamen audieris, de te ipso uno circumspexi et uero, quod deflexus seruari queas, ac discrimen effugere. Contraria illi tum de se se solliciti sunt, tu animo discurciuntur, quoniam de mœnibus quicquid opum possidebas in agris id omne tolli, deportariq; conspicunt. Ac siue inferendū est aliquid in aerarium, soli accessuntur: siue in prælium exequendum, periclitantur: aut peditum turmis, aut equitū alis præfecti. Tu interim vimineum gerens clypeum, expeditus ac leuis ad saluti consulendum, paratus victoriale conuiuium agere, si quando victor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tempore, tu quidem, quum de plebe sis ingressus in cōcionem, tyrannidem in diuites obtines: illi vero trepidat, pavitanq; ac largitionibus, choragisq; te placent: siquidem quo tibi balaues, ludi, spectacula, reliquiq; id genus abunde suppeditent, ea omnia curant illi. At tu, censor et acerbis expensor perinde quasi dominus, ne alloquo quidem interdum dignaris illos: quod si tibi collubitum sit, ingentibus faxis in illos degrandinas, vel facultates eorum publicas facis: ipse neq; calumniatos rem metuis, neq; latronem, ne tollat aurum, vel ædium consenso fastigio, vel pariete persofo: neq; necesse habes rationibus occupari, neq; exactiobus, neq; tibi cum sceleratis dispensatoribus conflictandum est, neq; tantas in sollicitudines distractaberis: verum similiatq; crepidam uiam perfeceras, mercede meq; retuleris septem obolos, seo ro surgis crepusculo: et si libuerit, lauaris, tum empto saperda quopiam, aut menide pesciculo, aut paucis caparum capitalis, temetipse oblectans, canens plerunq;, optina-

miq; cum paupertate philosophans, adeò ut eas ob res salubrissim, valentiq; corpore, obduruerisq; aduersus gelus siquidem labores, qui te exacuant, muniuntq; certatore biud quaque contemnendum reddit aduersum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles esse videntur. Atq; hinc nullus ex morbis illis grauitoribus impetrat te. Quod si quando leuis ceperit febricula: paulo negotio cammediatus: protinus exilis, in media temet inde excutiens. Illa porro fugit illico: quippe metuens te, quem videat etiam frigore ali, saturumq; fieri, ac medicorū certis illis recuribus longum plorare renunciantem. At illi ex aduerso propter intemperantiam vitæ, quid tandem mali non habent infelices? podagræ, phthises, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes. Nam haec omnia à sumptuosis illis conuiujs nascuntur. Promde quicunq; ex his lacri im more (ut ferè faciunt) se attollunt, propiusq; se soli ad amouent, haud cogitantes, quod alas habeant cera adglutinatas, ingentem nonnunquam strepitum mouent. Cæterum qui Dedali exemplo non admodū sublimia, neq; ex celsa appetunt: verum humilia, terræq; vicina, adeò ut cera nonnunquam salis aspergime madesceret, iij tuq; plerunq; ac citra discrimen transuolarunt. M I C Y L. Moderatos istos, et cordatos narras. G A L. Verum aliorum Micyle naufragia secundissima conspicias: nempe ubi Croesus reuulsis alis risam exhiberet Persis, consenso rogo: aut Dionysius quum abdicatus iyrannide, Corinthiorum in urbe ludi literarij magistrum geret, post gestum tantum imperii, puellos copellens ut syllabas conneicerent. M I C Y L. Dic mihi Gallo: tu cum rex es (nam ait te regi quoq; suis) cuiusmodi tandem id vitæ genus expe-

LVCIANI GALLVS

Rex cursum de gemitum.
 riebaris? Mirum ni tum felix eras, quādoquidem id quod
 est bonorum omnium caput posseidebas. G A L. Ne mihi
 in memoriam regeras, ô Micylle, vsque adeò supra modū
 infelix tum eram. Nam quō ad res externas, quemadmo-
 dum dixisti, planè fortunatus esse videbar, at intus innu-
 merabilibus curis distractus. M I C Y L. Quidbus tan-
 dem curis? Nam rem prorsus absurdam, neq; credibilem
 narras. G A L. Evidem imperabam regioni neutiquam
 exiguae Micylle, omnijugarum reran feraci, tum incolas
 rum frequentia, neq; non urbiū pulchritudine cum pri-
 mis admirand: præterea à fluminibus navigabilibus, ac ma-
 ri portuoso commode. Ad hæc exercitus ingens, equitas-
 tus spectatissimus atque excellens, satellitum haud exi-
 guum, tritemes, pecuniarum vis maior quam ut possit nu-
 merari, vasorum argenteorum plurima copia, reliquaq; omnis illa principatus tragœdia, strepitusq;, et appara-
 tus supra quam credi queat, extractus atque accumula-
 tus. Itaque cùm prodirem, plerique adorabant, deum
 quempiam intueri sese rati, alijsq; prudentes alios concur-
 rebant, quō me conficerent, nonnulli consensis teclis,
 magni estimabat, siplene contéplari licuisset quadrigam,
 stragulum, diadema, tum anteambulones, et eos qui à ter-
 go comitabantur. Ego inter h.ec mihi conscient, quantæ
 me res discruciant, versare meq;, illos quidem propter
 inscitiam venia dignos iudicabam: at meipius miseresce-
 bat, qui prægradibus illis Colossi viderer persimilis: qua-
 les vel Phidius, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus est.
 Etenim illorū quisq; quō ad ea, jux foris apparent, Nepa-
 tunus ipse est, aut Iupiter: mirifice decorus auro, eboreq;
 eopactus: et aut fulmen, aut fulgur, aut tridentē fuscum dextra

D. ERAS. R. O. T. INTERP. 14

dextræ sustinet. Cæterū si immisso capite que sunt im-
 tus inspicias, videbis vester quoq; paxillos, et clausos
 introrsum prominentes, neq; non vimina, cuneosq;, et pi-
 cem sublit. am, et aliam item id genus deformitatem intrin-
 secus inhabitantem. Omitto recensere mustarum, muste-
 larumq; vim, que nomiūquam in eis mansitant. Huiusmo-
 di quædam res nimurum regnum quoq; videtur. M I C Y L.
 Non dum explicasti, lutum, et clausos, et vester, quinam
 fuerint in imperio, neq; fecerit atē illam plurimam quænam
 sit: nam istum ad modum vestari, tam multis imperare
 mortalibus, ac numinis instar adorari hacenus quidem
 cum Colosi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoque dis-
 dum quiddam et admirandum: nunc autem que sint in-
 tra Colossum exponito. G A L. Quid primo loco tibi re-
 feram Micylle: utrum metus, curas mordaces, suspicções,
 odium, quo regem persequuntur ij, qui cum illo viuunt:
 infidias, atq; eas ob res somnum rarū, et hunc ipsum per-
 tenuem, ac plena tumultus insomnia, cogitationes per-
 perplexas, spes semper improbas: an ocij penuriam, et occu-
 pationes, iudicia, expeditiones, edita, foedera, consulta-
 tiones: quibus rebus sit, ut ne per somnum quidem aliqua
 re suau frui liceat. verū ut omnibus de rebus solus dispi-
 cit necesse est, milleq; negotia sustineat.

Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas versantem pectore curas.

Idq; quum reliqui omnes Achii fierenter. Adde quod
 Lydum illum discruciat filius mutus: Persam vero, Clear-
 chus ad Cyrus descendens. Atque alium quempiam Dion
 cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicans. Rur-
 sum alium quendam virum Parmenion collaudatus. Item
 Perdicam

LVCIANI GALLVS

Perdicam Ptolemeus. Ptolemeum Scleucus. Quid illa quoque molestiam adferunt: amasius per vim non sponte coquiens, concubina alio gaudens, tum si qui defectione parare dicuntur: aut duo, quatuorue satellites interfesse consuarrantes. Porro (quod est omnium gruissimum) amicissimi quique vel maxime sunt formidandi: semperque metuendū, ne quid mali magni ab illis exoriatur. Nam aliud a filio veneno necatus est: aliud item ab amasio. Altum si male quoddam fortassis mortis genus eripuit. M I C Y L.

Apagesis. Atrocis, miraque sunt ista que narras, ô Galle. Mihi igitur multo sit tutius opera cerdonicae primum in cumberē, quam ex aurea bibere phiala comiter delatum bauitum: ceterum cicuta, aconitoque temperatum. Nam mihi quidem hoc vnu est periculi: ut si paulū aberret simile, deflectatque à recta incisione, summū secantis digitum exiguo sanguine tingat. At isti quemadmodum narrat lexisfera agunt conuiuii, atque id innumerabilibus in malis constituti. Deinde ubi conciderint, persimiles esse videntur tragediarum histriónibus. Nam multi, sicut videre licet, quoad Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi diademata gestant, argenteisque capulis gladios, commamque ventilantem, & auro intertextā chlamidem: quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulso illos media in scena precipites det, risum profectò moveant spectatoribus: videlicet persona una cum ipso diamante contrita, vero autem a toris capite luxato, cruribusque maxima ex parte renudatis: ut iam interioris amictus quidam miseri sint panni fuit perspicuum: ac cothurnorum, quos pedibus induerunt, appareat deformitas, haud quaquam ad pedis modum respondentium. Vide ut me iam similius-

D. ERAS. ROT. INTERP. 15

similitudinis conferre docueris optime Galle. Ceterum tyrannis talis quedam res tibi visa est esse: verū ubi equus essem, aut canis, aut pisces, aut rana, quomodo eam rationem ferebas? G A L. Istum quicm nunc suscitans sermonem & longior sit, neque huius temporis. Illud autem vnu in genere dixerim: nullā ex omnibus vitā mihi non visam tranquilliorē vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vīsibus circumscrip̄ta. Siquidē publicanū & equum, aut sycophantam ranā, aut sophistam graculū, aut popinatorem culicem, aut cinedū gallum, atque id genus alia, que vos studio cōminiscimini, haudquaquam inter illos videbis. M I C Y L. Quae dicis, ô Galle, fortassis vera sunt: verū non me pudicit apud te fateri, quod mihi accidit. Haud vnuquam quiui dedisse cupiditatem illam, à puero mihi insitam, videlicet ut diues euādā. Quid nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurū ostentans: potissimum autē scelestus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. G A L. At ego te isto leuabō morbo Micylle, tametsi nox etiā mīdū est. Surge modò, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducā, atque in aliorum diuitiū edes, quod nimirum videas, quomodo res habeant apud illos. M I C Y L. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? G A L. Nequicquam, verum Mercurius, cui sum facer, hoc optanti mībi largitus est, ut si quis longissimam candē plumbam, que ob molliciem inflectitur. M I C Y L. Atqui duas habebes eiusmodi, G A L. At dextram ex his auulfam cuicung, ego gestandam dedero, is quoad volvēto, fores omneis poterit aperire, cunctaque videre, ipse inuisibilis. M I C Y L. Equidem ignorabam, ô Galle, te prestigiarū quoque per-

L V C I A N I G A L L U S

tum esse. Porro si mihi isthuc semel præstiteris, videbis
 illico Simonis uniuersas opes hoc deportatas, nam eas hoc
 rediens transferam. At ille rursum circumrodet, ebiberatq;
 putria cori, quibus consueuit soleas compingere. G A L.
 Atqui nefas sit isthuc facere. Siquidem Mercurius illud
 mihi mandauit, ut si quis penum tenens, istiusmodi quipa-
 piam patrarit, vociferans furem proderem. M I C Y L.
 Rem neutiquam verisimilem narras, nempe Mercurium
 quem ipse sit fur, non sinere alios, ut idem faciant. Sed
 tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modo possim.
 G A L. Pennam prius reuellico. Quid hoc rei ambas re-
 uulisti. M I C Y L. Tutiis hoc quidem à Galle, tum tibi
 minus credum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilla-
 tus claudices. G A L. Agè sanè, sed utrum Simonem prius
 adimus, an aliud quempiam diuitum? M I C Y L. Haud
 alio, imò ad Simonem, qui videlicet pro dissyllabo, tetra-
 syllabus esse affectet, posteaquam diues euasit. Sed iam
 ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? G A L.
 Pennam seræ admoue. M I C Y L. Ecce autem, dixi boni,
 ostium perinde atque clavi resiliit. G A L. Perge porro
 præcedens. Vides illum vigilantem ac supputantem? M I-
 C Y L. Video per Iouem & quidem ad obscuram siccicu-
 losamq; lucernam. Prætereà paller, haud scio unde Galle:
 totusq; exaruit, atq; extenuatus est, mirum, ni curis. Neq;
 enim auditū est illum alioqui male habere. G A L. Auscul-
 ta quid dicat, siquidem intelliges, quibus de causis ad eum
 modum sit affectus. S I M O N. Nimirum septuaginta illa
 talenta tuto admodum sub lectica defossa sunt, neq; quis-
 quam alias omnino vidit. At verò, sedecim illa dosyslus
 equiso vidit me sub præsepio occultatam: Itaq; de curado
 stabulo

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 16
 stabulo non est admodum sollicitus, quanquam nec aliis ade-
 modum laboris appetens, verisimile est autem illum mul-
 tò etiam his plura sustulisse. Nā unde alioqui Tibius bes-
 ritam ingens salsamētum illi opsonio proposuisset? Tum
 autem avunt, illum monile emisse vxori drachmis quinq;
 Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid
 ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum
 sint multa. Vereor enim, ne quis ea suffosso pariete tol-
 lat. Complures mihi inuident, atque insidias parant: Pre-
 ter ceteros autem Micyllus iste vicinus. M I C Y L. Ita
 per louem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala ges-
 sto. G A L. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos
 prodas. S I M O N. Optimum igitur fuerit, ut ipse ins-
 somnis seruem. Omnem obibo domum in orbem obambus-
 lans. Quis iste video te per louem. O' parietum per-
 fessor: poste aquam es columna, bene res se habet. Pers-
 numerabo deniò refossum argentū, ne quid forte dudu me
 fugerit. En rursum, obstreput mihi nescio quis. Nimirum
 obsideor, atq; insidijs appetor ab omnibus, ubi mihi glas-
 dius: si quenquam deprehēdero, rursum aurū defodiamus.
 G A L. Sic tibi habent à Micylle, res Simonis. Sed abea-
 mus ad aliū quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum
 superest. M I C Y L. O miser, cuiusmodi viuit vitam: hos
 fibus eueniat ad hunc modum diuitem esse. Itaque pugno
 illo in maxillam illisō volo discedere. S I M O N. Quis
 me pulsavit? Latrocino despolior miser. M I C Y L. Plo-
 ra, ac vigila, auriq; similis corpore reddaris, quandoquidē
 illi affixus, deditus es. Nos autem, si videtur, Gniphonem
 fœnatorē usum. Nam nec is procul hinc habitat. ipse
 nobis suapte sponte fores patuerunt. G A L. Vides hunc
 quoq;

LVCIANI GALLVS.

quoque curis inuigilantem: & furarum rationes iterantem digitis contortis? cui propediem relatis his omnibus sit in silpham, aut culicem, aut muscam abeundum. MICYL. Evidem video miserum ac recordem hominem, ne nunc quidem multò meliorem vivere vitam, quam silphae aut culicis. Adeò totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad tuum, si videtur, Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quis introimus? MICYL. Paulò ante hæc omnia mea erant.

GAL. At etiam nunc tu diuitias somnia? vides igitur Eucratem ipsum quidem a famulo, virum natu grādem. MICYL. Video profectò quiddam haudquaquam virile. Porrò altera ex parte ipsius item uxore à coquo cōstruprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horū hæres existere Micelle, cunctaq; possidere, quæ sunt Eucratis? MICYL Haudquaquam Gallz. Imò, fame citius interierim, quād id genus quippian patrarem. Valeat aurum & coniuvia. Duo obeli mihi potiores diuitiae sunt, quam si à domesticis mihi domus perfodiatur.

GAL. Sed iam nunc, quandoquidem dies seymè diluxit, domū ad nos redcamus. Reliqua rursus aliās vi debis Micelle.

Luciani

17

LVCIANI TIMON SIVE MISANTHROPVS, DE S. ERA S. ROT. IN TEPRETE.



IUPPITER Philic, hospitæ lis, sodalitie, domestice, fulgoras tor, iusfurandice, nubicoge, gran distrepe: & si quod aliud tibi cognomen attoniti Poëte tribuunt, maximè quum hærent in versu. Nam tum illis tu multinominis fastus, carminis ruinam fulcis, metriq; exples hiatum. Vbi tibi nunc magnicrepum fulgur, grauiſremum tonitru? vbi ardens, candens, ac terrificum fulmen? Nam hæc omnia iam palam appetat, nugas esse, fumumq; poëticum, nec omnino quicquam præter nominum strepitum. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia expromptaq; nescio quomodo penitus extincta sunt, frigentq; adeò, vt ne minimam quidem scintillulam iracundia aduersus nocentes reliquam obtineant. Itaque ciuitas quiuis ex his, qui peieraturi sunt, extinctum elichium metuerit, quam flammam fulminis cuncta necantia; usque adeò titionem quempiam in se vibrare te putant, vt incendium aut fumum ab illo proficisciens, nihil quicquam formident: verum hoc solum vulneris inferri posse iudicent, vt fuligine compleantur. Quibus rebus factum est, vt iam Salmoneus tibi sit ausus etiam obtonare: neque id admodum ab re: quippe aduersus touem usque adeò ita frigidum, vir ad facinora feruidus, audacia que tumidus. Quid ni enim faciat, vbi tu perinde ac sub mandragora

D

Scritis;

steris: qui neque peccantibus exaudias, neque eorum qui flagitiis committunt, respectum agas? Cœcutis autem lippitudine, et hallucinaris ad ea quæ sunt: auresque iam tibi obscuruerunt, instar horum, qui etate defecti sunt. Quandoquidem quum iuuenis adhuc esses, acriusq; animo, vehe mensq; ad iracundiam: permulta in homines maleficos ac violentos faciebas. Neque tum unquam tibi cum illis erant inducie. Sed perpetuo fulmen erat in negotio: perpetuo obuibrabatur Aegis, obstridebat tonitru: fulgor continenter iaculorum in morem, densissime ex edito loco deuolantium torquebatur. Terra quassationes, cribri instar frequentes: adhæc nix cumulatim, neque non grande saxorum in morem: atque ut tecum grandius loquerit, imbrresque rapidi, et violenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum repente Deucalionis etate naufragium ortu: ut omnibus sub aqua demersis, vix unica scapula seruaretur: que in montem Lycorem appulit, humani generis quasi scintillulas quasdam seruans, unde sceleratus etiam genus in posterum propagaretur. Nimirum igitur dignum secordia præmium ab illis reportas: quum iam nec sacra faciat tibi quisquam, nec coronas offerat: nisi si quis obiter in Olympicis: ac ita ne is quidem rem admodum frugiferam facere videatur: sed priscum quendam ritum magis referre, ac penè Saturnum, o deorum generosissime, te reddunt, magistratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam templum tuū sacrilegio compilarunt: quum tibi etiam ipsi in Olympiacis manus admodum sunt. Argue interea tu altifremus ille pigritabar, vel excitare canes, vel vicinos aduocare: ut auxilio acurrentes illos comprehendenderent, qui etiamdum ad fugam adornas.

adornarentur. Sed egregius ille, gigantumque extinctoris, et Titanum victor sedebat: quum tibi cœsaries ab illis circumderetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, o preclare, quis tandem erit finis, que tu adeò secure despicias? aut quando de tantis maleficijs poenas sumes? Quot Phœtones, aut Deucaliones, satis idonei sint ad expiadum tam inexhaustam morum iniuriam? Et enim, ut de communibus silcam: de his quæ mihi acciderunt dicam: quin tam multos Athenienses in sublime euexerim ex pauperrimis diuites reddiderim: cunctisque quotquot opus haberent, suppeditarim, immo semel uniuersas opes in amicos iuuandos effuderim: simulatque his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnosco quidem ab illis, nec aspicere dignantur me, qui dum reuerebantur, adorabant, meoque de nutu pendebant. Quod si quādo per viam ingrediens, forte fortunam in eorum quempiam incidero, perinde ut euersam hominis iam olim defuncti statuam, ac temporis longitudine collapsam pretereunt, quasi ne norint quidem. Porrò alij procul conspecto me aliò se se detorquent: existimantes se inauspicatum, abominandumque visuros spectaculum, quem non ita pridem seruatorem, et adiutorem suum esse predicabant. Itaque præmentibus malis ad extrema redactus consilia, rhenone arrepto, terram exerceo, quaternis conductus obolis: atque hic cum sorsitudine, cumque ligone philosophor. Hoc interim lucrimi hi videor facturus, quod posthac non intuebor plerosque preter meritum secundis fortune successibus utentes. Nam illud vel maxime virit. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rheiique proles excusso profundo isto, grauique somno (nā Epimenide quoque dormiendo viciisti) denuo iactato fulmine

aut ex Octa redaccenso, ingenti redditia flamma iram aliam
quam strenui illius, ac iuuenilis iouis ostende, nisi vera
sint que à Cretenibus de te, tuaq; sepultura feruntur.
I V P. Quis hic est Mercuri, quem audio sic vociferan-
tem ex Attica, ad radicem montis Hymetti, horridus to-
tus, ac squalidus, pelleq; hircina amictus? fudit autem, vt
arbitror, nam pronus incubit homo loquax, et confidens,
mirum si philosophus est, neq; enim alioqui adeo impia,
nefariaq; in nos fuerat dicturus. M E R. Quid sis pas-
ter, an non nosisti Timonem Echecratidis filium Colyten-
sem? Hic nimurum est, qui nos se penumero in sacris legi-
timis coniuicio accepit, ille repente diues factus, ille qui
totas Hecatobas, apud quem splendide loutialia festa cons-
sueuimus agitare. I V P. Hem quænam ista rerum commu-
natio? hic me honestus ille? diues, quem tam frequentes
cimabant amici? Quid igitur accidit ut hoc sit habitu? squalidus,
eruinosus, fessor conductitius, vti conijcio,
quum tam grauem ligonem gerat? M E R C. Ad hunc mos-
dum illum quodammodo probitas euerit, atque humani-
tas, et in omnes quicunq; cegerent misericordia. At re ver-
a recordia potius, facilitasq; nullusq; in suscipiēdis amis-
cis deleetus, quippe qui neutiquam intellexerit, sese cor-
uis, lupisq; largiri. Quin magis quam à vulturibus tam
multis misero tecum eroderetur, ob id amicos eos, necessa-
riosq; iudicabat, quasi benevolentia erga sese afficerentur,
quum illos epulae magis caperent. Ergo posteaquam ossa
penitus nudassent, circurosissentq; deinde si qua medulla
suberat, hanc quoq; admodum diligenter exuxissent, au-
sagerunt, exuccum, et radicitus defectum deſſuenteſ:
ad eo ut postea ne agnoscant quidem, aut aspiciant, tan-
tum

tum abest ut sint qui ſuppeditent, impartiantq;. Has ob-
res foffor, et fago, ut vides, opertus pelliceo urbem pre-
pudore fugiens, mercede terram exercet, aduersus ingra-
tos atra bile stomachatur, qui quidem ſua benignitate di-
tati, admodum fastuosè nunc prætereant, ac ne nomen
quidem an Timon vocetur, nouerint. I V P. Atq; profes-
etò vir neutiquam fastidiendus, neq; negligendus, et in-
ire optimo indignatur, qui ijs tanlis in malis agat. Quare
ſceleratos iſtos adulatores ipſi quoq; fuerimus imitati, fi-
cum virum neglexerimus, qui tantum taurorū, et capra-
rum pinguisſimas quasq; nobis in aris adoleuerit. Quarū
nidor etiā dum mihi in naribus reſidet. Tametsi propter
negotia maximamq; turbam petierantum, tum vi, non iu-
re agentium, neq; nō aliena rapientium, prætereat ob for-
midinem, quam mihi pariunt ſacrilegi, qui quidem tum
multi ſunt, tum obſeruatu difficultes, adeò ut ne minimum
quidem nos coniuere ſinant. Iampridem proſecto ad At-
ticam regionem oculos detorſiſſem, maxime poſte aquam
philosophia, et de verbis digladiationes apud iſtos incre-
buerūt, ita ut pugnantibus inter ſe iſis, vociferantibusq;
ne exaudire quidem mortalium vota liceat. Vnde mihi ne-
ceſſum eſt, aut auribus obturatis ſedere, aut dirumpi ab
eis, conficiq; qui virtutem quandam, et incorpoream qua-
dam, merasque nugas ingenti vociferatione connectunt;
hec in cauſa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, quum
haud mediocriter de nobis fit meritus. Quid reliquum
eſt Mercuri, tu Plutum adducens, quantū potest ad iſum
abeas. Porrò Plutus vñā ſecum ducat, et theſaurum, et
vtricq; apud Timonem perſeuereant. Neq; vſque ad eſ-
tate demigrent, etiam ſi quā maxime rurſum illos per-

bonitatem ex eaib[us] exegerit. Ceterum de palponibus illis, atq[ue] ingratitudine qua in hunc sunt v[er]si, in posterum consultabo: p[ro]cenasq[ue] daturi sunt, simulatq[ue] fulmen instaurauero. Nam fracti sunt in eo retusa cuspide duo eradijs maximi: quum nuper audiuis in sophistam Anaxagoram iacularer, qui suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse v[er]bos nos, qui dij vocaremur. Ac illum quidem errore non feriebam, propterea quod Pericles obtenta manu cum protexerit. Ceterum fulmen in Castoris ac Pollucis templum detortum, tum illud exusit, tum ipsum parum absuit, quin ad saxum comminueretur. Quanquam interim vel id supplicij satis magnum in istos fuerit, si Timonem conspicerint egregie locupletem factum. M E R. Quanta habet momenti altum vociferari, et obstreperum audacemq[ue] esse? Idq[ue] non ijs modo qui causas agunt, verum etiam qui vota faciunt conducibile. Enim mox e pauperrimo atues euaserit Timon, qui se in precando clamans, et improbum praestiterit, louemq[ue] reddiderit attensum. Quod si silentio fodisset incurius: etiam nunc foderet negleitus. PL V T V S. At ego Iupiter haudquam ad istum redditurus sum. I V P. Quid itanon redditurus optimè Pluto, praesertim a me iussus? PL V. Quoniam per louem iniuria me affecte ei[us]cens, et in multa fragmenta dissecans; idq[ue] quum illi paternus esset amicus, ac me, penè dixerim, fusciniis ex eaib[us] extrusit, nec aliter quam ij, qui è manibus ignem abiciunt. Num rursus ad istum ibo, parasitis, adulatoribus, et scortis donandus? Ad eos me mitte o Iupiter, qui munus intellecturi sine, qui amplexuri, quibus equidem in pretio sim. et maiorem in modum exoptatus. At hi stupidi cum inopia commercium

D. ERAS. ROT. INTERP. 20
tium habeant, quam nobis anteponunt, ut ab ea accepto signo pellico, ligoneq[ue] sat habeant, quum quatuor lucratur obolos, decem talenta contemptim dono dare soluti. I V P. Nihil istiusmodi posthac in te facturus est Timon, quippe quem ligo abunde satis corripuerit, nisi prorsus nullum dolorem sentiunt illius ilia, te videlicet potius, quam inopia esse praecoptandum. At tu mihi querulus a modum videris esse, qui nunc Timonem incuses, quod tibi p[ro]tefactis foribus liberè permiserit vagari, neque inclaudens, neq[ue] zelotypus in te. Porro aliás diuersa de causa in diuities stomachabare, quum diceres te ab illis repugnalis, clauibus, ac signorum obie et aculis impressis ita fuisse conclusum, ut ne proficere quidem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabis, affirmans praefocari te nimis tenebris, eoq[ue] pallidus nobis occurrebas, et curis confectus, digitis etiamnum ex a[cc]iduo colligendi, coaceruādiq[ue] vsu contractis, cōtortis que: quod si quando daretur opportunitas, aufugiturum quoque ab illis te minitabare. In summa rem supra modum acerbam iudicabis in aere ferreo'ue thalamo, Danae's exemplo, virginem asseruari, atq[ue] a scelestissimis educari paedagogis, fœnore, et cōputo; proinde absurdè facere aiebas hos, quod te preter modum adamaret: neq[ue] (qui liceret) frui auderent, neq[ue] quib[us] ipsis esset in manu, amore suo securè uterentur: sed vigiles obseruarent, id signū ac seram oculis nunquam connuentibus, neq[ue] usquam dimotis, semper intuentes, abunde magnū fructū arbitrantes: nō quod ipsis fruendi facultas adesset, sed quod nemini fruendi copiam faceret, nō aliter quam in p[re]sepi canis, nec ipsa vescens bordeis, nec equi fantelicum id facere sinens. Quintam ridebas istos, qui

LVCIANI TIMON

parcerent, afferuarentq; , et (quod esset absurdissimum) ipsi quidem sibi subtraherent, reverenturq; contingere, non inteligerent autem fore, ut aut sceleratissimus famulus, aut dissipator, aut liberorum pädagogus furitum subiuget, ludibriio habiturus infelicem, et inanabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam, et oris angusti lucernulam, ac sisticulosum scirpulum vsuris inuigilare . Quid itaq; an non iniquum, quū hæc quondam incusueris, nunc in Timone diuersa his criminari? P L V. At qui si rem vere perpenderis, vtrunq; me iure facere iudicabis . Nam, & Timonis isti nimia lenitas, negligentia potius, haud benevolentia, studiumq; , quod ad me pertinet, merito videatur. At è diuerso, qui me ostijs ac tenebris inclusum scrubabant, id agentes, quò scilicet crassior, sagittatorq;, ac vehementer corpulentia onustus euaderem, quum interim neq; ipsi contingenterent, neque in lucem producerent, ne vel afficerer d' quopiam, hos dementes, & cötumeliosos in me iudicabam, quippe qui me nihil commeritum tot in vimulis cogerent situ, carieq; putrescere, haud intelligentes, quò mox demigrent, me alij cuiquam, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probbo, sed ne illos quidem, qui nimiū facile mibi manus admouent. Sed qui (quod est optimum) mediocritate vtantur, vt nec prorsus abstineant, neque penitus profundant. Etenim illud per touem considera iupiter: Si quis vbi puellulam, & formosam lege duxisset uxorem, postea neq; obseruet, nec vlla omnino zelotypia prosequatur, videlicet sinens illam noctu, atq; interdiu quocunq; libitum sit ire, & quicunq; voluisse cum his habere rem, vel producat potius vltro ut adulteretur, fores aperiens, prostituturusq;, quoslibet ad illam

D. ERAS. ROT. INTERP. 28

ellam inuitans, num hic amare videbitur? profectò hoc tu nequaquam dices iupiter, qui se numero amorem senseris. Rursum si ingenuam lege domum deducat, vt liberos legitimos progeneret, ceterū nec ipse contingat florarentem ætate, decoramq; virginem, nec alium finali spissere: sed inclusam, orbam, sterilemq; in perpetua virginitas te contineat: idq; præ amore se faccre prædicet, & huc quidem preferat, pallore, corpore exhausto, oculis resugis, num fieri potis est vt huiusmodi non despere videatur? quippe qui quum liberis oportuerit operam dare, fruiq; coniugio, puellam adeò formosam atque amabilem sinat emarcescere, per omnem vitam tanquam Cereri sacerdotem alens. Huiusmodi, & ipse indigne sero: quum à nonnullis ignominiose cædor calcibus, laniorq;, atq; exahaurior: à nonnullis cōtrā perinde vt stigmaticus fugitiuus compedibus vincior. I V P. Quid est autem quod aduersus illos indignoris, quandoquidem vtriq; poenas egregias luunt? Alteri quidem dum Tantali in morem, neq; bibere sinuntur neq; edere: sed ore sicco duntaxat inhiant auro. Alteri verò dum his ceu Phynco cibos Harpyiae ipsis è faucibus, eripiunt. Sed ab iam, Timone multò posthac vsurus cordatiore. P L V. An ille aliquando desinet me ceu foraminoso cophino, priusquam omnino influxerim, data opera exhaustire, quasi conetur occupare, quò minus influam: veritus, ne si copiosius infundar, ipsum vndis obruam? Quo fit, vt in Danaidum dolium aquam mibi viderat allaturus, frustraq; infusurus, vase non continentे liquorem: inò prius propemodù effuso quod influit, quam influxerit. Adeò latus dolij hiatus ad effusionem, ac liber exitus. I V P. Promde ni hiatum istum obturauerit, per-

petuumq; perstillationem sistere studuerit, te propediem effuso, facilè rursum sagum, & ligonem in dolij sece repe-
riret: sed interim abite, at q; illum diuitem reddit. At tu Mercuri fac memineris, vt rediens Cyclops ex Aetna tecum adducas, quò fulmen cußpide restituta resarciant. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. M E R. Eamus Plus-
te. Quid hoc? Num claudicas? Evidē ignorabam, ô p̄e-
clare, te non cæcum modò, verum etiam claudum esse.
P L V. Atqui nō hoc mihi perpetuum Mercuri: verū si quando proficiscor à Loue missus ad quempiā, tum nescio quo pacto tardus sum, & troq; claudus pede, ita ut agrè ad metam pertingere queam: sene nōnunquam interim fas-
to, qui me opperiebatur. Porrò quum discedendum est, alatum videbis multò aibis celeriorem. Vnde fit, ut vix iam amoto repagulo, ego iam preconis voce victor pro-
nuncier, saltu stadium transmensus, ne videntibus quidem aliquoties spectatoribus. M E R. At ista quidem haud ve-
ra narras: imò ego tibi permultos commemorare queam,
quibus herine obulus quidem erat, quo restim emerent:
qui hodie repente diuites facti, splendide viuāt: alib; quas
drigis vehuntur, quibus ante ne a sellis quidem suppeditas-
rit. Il tamen purpurati, aurumq; manibus gestantes obam-
bulant. Qui ne ipsi quidem opinor, credere possunt, quin per somnium diuites sint. P L V. Ita hæc alia res est Mercu-
ri: neq; enim tum meis ipsius ingredior pedibus: nec à los-
ue, sed à Dite ad istos transmitter: qui, & ipse nimirum opum largitor est, ac magna donans: id quod ipso etiā no-
mine declarat. Itaq; quoties est mihi ab alio ad alium de-
migrandū: in tabellis iniiciūt me: ac diligenter obsignan-
tes sarcinae in morem sublatū transportant. Interced defun-
ctus

Ets ille alicubi in ædium tenebris cosa parte iacet, veteri linteo in genua iniesto testus, de quo feles digladiantur. Porrò qui me sperauerant obtinere, in foro operiuntur biantes: nō aliter, qudm birundinē aduolantem stridentes pulli. Deinde ubi signū detractum est, & linea illæ funis culus incisus, apertæq; tabellæ, iamq; nouis dominis pro-
nuntiatus est, siue cognatus quisquam, siue adulator, siue seruulus obscœnus, qui pueruli obsequio fauorem emerue-
rit, etiam tun mento subraso, pro varijs, & opiparis vio-
luptatibus, quas illi iam exoletus suppeditauerat, ingens scilicet præmiū ferens generosus quisquis ille tādem sue-
rit, nonnunquam me ipsis cum tabellis arreptum, fugiens ad portat commutato nomine: vt qui modò Pyrrhias, aut
Dromo, aut Tibius: iam Megacles, aut Megabizus, aut
Protarchus appelletur. Ceterū illos nequicquam biana-
tes, seq; mutuum intuentes relinquit: ac verum lustu-
agentes, quod eiusmodi Thynnus ex intimo sagena sinus
sit elapsus, qui non parum magnam escam deuorarit. Ac
hic repente totus in me irruens, homo vite mundioris,
atque elegantioris rudis, pingui, illotaq; cute, qui com-
petes etiamdum horrescit: & si quis præteriens loro in-
crepet, arrēctis sicut auribus: quiq; pistillum, perimde uti
templum, adoret: non est deinceps tolerandus ijs, quibus
cum viuit: verū, & ingenuos afficit contumelia, & cō-
seruos flagris cedat: experiens num sibi quoque similia
liceant, donec aut scorculo cuiquam irretitus, aut equo-
rum alendorum studio captus, aut adulatoribus se se-
permittens, deicerantibus Nireo formosiorē esse, Cea
crope Codro'ue generosiorē, callidiorem Ulysse, v-
num autem vel scđcū pariter Crœsis opulentiorem,
momento

L V C I A N I T I M O N

momento temporis semel profundat infelix, que minuta-
tim multis ex periurijs, rapinis, flagitijs fuerant collecta.
M E R. Ista fermè sic habent vti narras: verum vbi tuis
ipsius ingrederis pedibus, qui tandem cæcus quū sis viam
inuenire soles? Aut qui dignoscis ad quosnam iupiter te
misericit, dignos illi visos qui diuitijs abundant? P L V.
Enimvero, credis me reperire istos, ad quos mittor?
M E R. Per loarem handquaquam. Neq; enim aliquot Aris
stide præterito, ad Hipponicum, et Calliam accessisse,
cum ad alios Athenienses, homines ne obulo quidem astis-
mandos. Cæterum quid facis quandoquidem es enissus?
P L V. Sursum ac deorsum circumcursans oberro, donec
imprudens in quempiam incurrevo; hic autem quisquis ille
sit, qui forte primus me nactus sit, abducit ac possidet, te
Mercuri pro lucro præter spem obiecto venerans atque
adorans. M E R. Num ergo fallitur iupiter: qui quidem
credat ex ipsius animi sententia, ditari abs te hos, quos ille
dignos existimarit qui ditescerent? P L V. Et iure quidem
optimo fallitur ô bone: quippe qui quū me cæcum esse nō
ignoret emittat vestigatum rem, usque adeò repertu diffi-
cilem, et iam olim è vita sublatam, quam ne Lynceus qui-
dem facile inueniret, que nimis adeò obscura sit, ac mis-
nuta. Itaq; quum rari sint boni, improbi porrò in ciuitati-
bus omnia obtineant, oberrans facile in huiusmodi mor-
tales incurro, ac retibus illorum illigor. M E R. At qui sit,
vt quoties eos deseris, celeriter aufugias quū viæ sis igna-
rus? P L V. Tum demum acutum cerno, pedibusq; va-
leo, vbi ad fugam tempus inuitat. M E R. Iam illud quo-
que mibi responde, qui sit, vt quum sis oculus captus (di-
cendum enim est) prætereà pallidus, postremò claudus,
tam multa

D. B R A S. R O T. I N T E R P. 23

tam multos habeas amantes, adeò vt omnes in te defigant
oculos? et si potiantur, felices videantur; sin frustrantur,
non sustineant vivere? Ex his equidem non paucos noui,
qui sic perditè te amarint, vt se aëreo è scopulo piscoſi in
æquoris alta, præcipites abiicerint, rati fastidiri sese abs-
te, propterea quod illos nullo pacto respexiffes. Quare
quam sat scio, tu quoq; fateberis, si quo modo tibi ipſi nos-
tus es, surere istos, qui eiusmodi amore sunt dementati.
P L V. At enim creditis me, qualis sum, talem istis videri,
nempe claudum, aut cæcum, aut si quid aliud adest mihi
vitij. M E R. Quid ni ò Plute? nisi forte, et ipsi omnes
cæci sunt. P L V. Haud cæci quidem, ò optime, verum
inscrita, errorq; que nunc occupant omnia, illis offendunt
tenebras: ad hæc ipse quoque ne per omnia deformis sim,
persona vehemēter amabilis etius inaurata, gemmisq; pi-
cturata, ac versicoloribus amictus eis occurro: at illira-
ti se natui vultus renudatè aspicere, amore capiuntur,
dispereuntq; nisi potiantur. Quod si quis me toto corpo-
re renudatum illus ostenderit, dubio procul futurū sit vt
se ipsi damment, qui tantopere cæcutierint, adamantes res
neutram amandas ac foedas. M E R. Quid ergo postea-
quam è peruentū est vt iam diuites euaserint, iamq; per-
sonam sibi circumposuerint, rursum falluntur? Adeò vt se
quis illis detrahere conetur, penè caput potius, quam per-
sonam abiciant? Neq; enim verisimile est etiam tum illos
ignorare, auro bracteatam esse formam, quum intus cun-
cta in spexerint. P L V. Ad id non parum multæres, ò
Mercuri, mihi sunt adiumento. M E R. Quenam? P L V.
Simulatq; qui me primum nactus est, aperta foribus exce-
perit, clanculum vniā mecum introit elatio, vocaria, ia-
cuntia,

LVCIANI TIMON

stantia, molitiae, violentia, dolus, atque alia item innumera-
bilia: à quibus omnibus posteaquam est animus occupa-
tus, iam admiratur que neutiquam sunt admiranda, & ap-
petit ea que sunt fugienda, meq; cunctorum illorum, que
introierant, malorū patrem stupet, illorum satellitio val-
latum, quiduis potius passurus, quam ut me compellatur
reijcere. M E R C. Ut leuis ac lubricus es Plute, retentus
difficilis, ac fugax, neq; ullum præbens ansam certam quo
prensus teneare: sed nescio quomodo anguillatum, ac ser-
pentum in morē inter digitos elaberis. At è diuerso pau-
peritas, viscose, prensus facilis, totoq; corpore mille vncos-
gerit hamos, ut qui tetigerint, illico hereant, nec facile
queant aucti, verū interea dām nugarū, rem haud par-
uum omisimus. P L V. Quādū M E R. Nempe quia thes-
saurum non adduxerimus, quo vel in primis erat opus.
P L V. Isthac quidem ex parte bono sis animo. Nam non
nisi in terra relicto illo ad vos ascendere soleo: iussōq; in-
tus manere foribus occlusis, neq; cuiquam aperire, nisi me
vociferantem audierit. M E R. Iam igitur Atticam adea-
mus. Tu me consequitor chlamydi adhærens, donec extre-
mam viam attigerimus. P L V. Reclī facis Mercuri, quum
me per viam ducis. Etenim si me desereres, forsitan obser-
rans in Hyperbolū, aut Cleonem incidemus. Sed quis hic
stridor ceu ferri saxo impacti? M E R. Timon hic est, qui
proximè montanum, & petricosum fodit solum? Papae:
adest & Paupertas, & Labor ille, tum Robur, Sapientia,
Fortitudo, atq; id genus alliorum turba: quorum omnium
agmen Fames cogit, longè præstantius quam tui sint sa-
tellites. P L V. Quidnam igitur quādū ocyßime discedimus
Mercuri? Neg; enim ullum operæ pretium fecerimus cum
homine

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 24

homine eiusmodi ballato exercitu. M E R. Secus visum
est Ioui: quare ne metu deterreamur. P A V P E R T A S.
Quò hunc nunc Argicida manu abducis? M E R C. Ad
hunc Timonem, ad quem à Ioue sumus ire iussi. P A V P.
Ita ne rursus Plutus ad Timonem? posteaquam ego hunc
antea delitijs male corruptum suscepit: commendansq; Sa-
pientię, & labori, strenuum, multiq; pretij virum red-
didit. Adeone despicenda, iniurieq; idonea vobis Pau-
pertas iudicor: ut hūc, que mihi unica erat possessio, eri-
piatis, iam exactissima cura ad virtutē excultum? ut Plus-
tus hic ubi denuò suscepit, per contumeliam, & arro-
gantiam illi manu iniecta, talem reddiderit, qualis erat dus-
sum, mollem, & ignavum, ac recordem rursus mibi re-
stituat, ubi iam nihil factus erit, & reiçulus? M E R C.
Sic ô Paupertas, Ioui placitum est. P A V P E R. Evidem
abeo. At vos Labor, & Sapientia, reliquiq; consequi-
mini me. Porro hic breui cognoscet, qualis in se fuerim,
quam nunc relinquet: nempe adiutrix bona, & rerum
optimarum doctrix. Quicum donec habuit commertium,
sano corpore, valentiq; animo perseverauit: virilem exi-
gens vitam, & ad secessus respiciens: superuacua autem, &
vulgaria ista aliena, ita ut sunt, existimans. M E R C.
Discedunt illi: nos ad eum adeamus. T I M. Quidnam etsis,
ô scelesti? aut qua gratia hic aduenisti homini operario
mercenario que negotiū exhibituri? Verū haudquaquam
læti abibitis, scelesti ut etsis omnes: nam ego vos illico
glebis, & saxis petitos communiam. M E R C. Nequas
quam ô Timon, ne ferito, neque enim series mortales: ve-
rum ego sum Mercurius, hic Plutus. Misit nos Jupiter, vos
tuis exauditis. Quare, quod bene vertat, opes accipe,
desistens

L V C I A N I T I M O N

desistens à laboribus. T I M. Atqui vos iam ploraueritis, etiam si dij stis ut dicitis. Siquidem odi pariter omnes, tum deos, tum homines. Sed hunc cæcum quisquis hic fuerit, nibi certum est ligone impacto comminuere. P L V. Abeamus per louem Mercuri: quandoquidem hic homo mihi videtur nō mediocriter insinuire, ne malo quopian accepto discedam. M E R. Ne quid ferociter Timon: quin exue potius penitus isti ferocitatem, asperitatemq; ac manibus obuijs excipe bonam fortunam: rursum diues esto; rursum Atheniensium princeps, et ingratatos illos despicio, quum solus florebis. T I M. Nihil mihi vobis est opus ne obturbate. Sat opum mihi ligo: præterea fortunatissimus sum, si nemo proprius ad me accesserit. M E R. Adeò ne quofo inhumaniter!

Hec ego sœua loui refero, atq; immania dicta? Atqui par erat forstā homines tibi haberi iniūsos, ut qui tam multa indigna in te commisissent: deos odio te prosequi nequaquam erat cōsentaneum, quum illi tantopere tui curam agant. T I M. At tibi Mercuri, louiq;, quod me respicatis, plurimam eisdem habeo gratiā: ceterū bunc Plutum nequaquam recepero. M E R. Quid ita? T I M. Quoniam pridem innumerabilium malorū hic mis hi fuit autor, quum me assentatoribus proderet, infidatores in me inuitaret, confiseret odium, illecebris corrumperet: inuidie obnoxium redderet: deniq; quum repente me adeò perfide, ac proditorie destituerit. Contrā, Paupertas optima, me laboribus viro dignissimis exercens, mecumq; vere, et libere coniuens, et quibus opus erat suppeditauit laboranti, et vulgaria ista docuit contemnere, effecitq; ut mihi vita spes omnis ex me ipso penderet, demons

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 25

demonstrans quenam essent opes verè meæ: nempe quas neq; adulator assentas, neq; sycophanta minitās, neq; plebes irritata, neq; concionator suffragiorum autor, neque tyrannus intentus infidijs queat eripere. Itaque iam validus effectus ob laborem, dum hunc agellum gnauiter exerceo, neq; quicquam eorum, que sunt in ciuitate malorū afficio, abundē magnum et sufficientem victum mihi liggo suppeditat. Quare tu Mercuri, quam venisti viam remetuens, recurre, vna tecum Plutum addicens ad louem. Illud mihi sat fuerit, si efficerit ut omnes mortales pen omnem ætatem eiulent, M E R. Nequaquam ô bone, neq; enim omnes ad euilandum sunt accommodi. Quid tu iracunda pueriliaq; ista missa face, ac Plutū excipe: non sunt rei scienda munera, que à loue proficiscuntur. P L V T. Vin' Timon ut contra te partes defendam meas, an grauis ter feres si quid dixeris? T I M. Dicito, ne multis tamen, neq; cum proœmijs, quemadmodū perditissimi isti solent oratores. Nam huius Mercurij gratia te feram paucis dia centem. P L V. Atqui multis mihi potius erat dicendum tot nominibus abs te accusato. Attamen vide, num qua in re te, quemadmodum ait, læserim: qui quidem dulcissimarum quarumq; rerum tibi extiterim autor, opifexq; au toritatis, præsidentiae, coronarum, aliarum item voluntatum: mea opera conspicuus eras, celebris et obseruandus. Ceterū si quid molesti ab adulatoriis accidit, nō mihi potes imputare: quim ipse magis abs te sum effectus cōtumelia, propterea quod me tam ignominiōsè viris illis execratis suppeditaris: qui te mirabantur, ac præstigijs desmentabant, mihiq; modis omnibus infidias struebant. Porro quod extremo loco dixisti, te à me proditum, deseru-

L V C I A N I T I M O N

rumq; fuisse, istud criminis in te possum retorquere, quā ipse sim modis omnibus à te reiecius, præcepssq; exactus ex ædibus. Vnde pro molli chlamyde, sagum istud charissimū tibi Paupertas circumponuit. Itaq; tessis est mihi hic Mercurius, quantopere touem orauerim, ne ad te venirem, qui tam hostiliter essem in me debacchatus. M E R. At nūc vides Plute, in cuiusmodi hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo cōsuetudinem agc. Tu vero fode, ita ut facis. Tu interim thesaurū sub ligonem adducito. Audiet enim si tu accersiueris. T I M. Parensum est Mercuri, rursusq; diteſcendum. Quid enim facias quā dij compellant? Tamen vide, in quas turbas me miserum coniūcties: qui guidem quum ad hunc vsg; diem felicissimē vixerim, tantum auri repente sum accepturus, nihil cōme ritus mali, tantumq; curarum suscepturnus. M E R. Sustine Timon mea gratia, tameſi graue eſt iſthuc, atq; intolerandum: quō videlicet palpones illi p̄r̄ midiarum pantur. Ego porrò ſuperata Aetna in cœlum reuolauero. P L V. Abiit ille quidem ſicut appetet. Nam ex alarum res migio facio coniūctaram. Tu vero hic operire, ſiquidem digressus Thesaurum ad te transmittam, ſed feri fortiuſ: tibi loquor auri Thesauore, Timoni huic audiens eſto, offerq; temet eruendam. Fodi Timon altius impingens. Cæterum ego à vobis digredior. T I M. Agè tam o ligo, nunc mihi tuas vires explica, neque defatigere, dum ex abdito Thesaurum im apertum euocaris. Hem prodigiorū autor Iupiter, amici Corybantes, ac lucifer Mercuri, vnde nam auri tantum? Num ſomnium hoc eſt? Metuo ne carbones reperturus ſim expperectus. Atqui aurū profecto eſt in ſigne, fuluum, graue, et aſpediu multo incundifimum.

Pulcher

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 26

Pulcherrima Aurum fauſtitas mortalibus. Quippe quod ignis in morē ardes, noctesq; & dies renides. Ades o mihi charissimū deſideratiſsimum q; nunc deſum credo vel louem ipsum olim aurū eſſe factū. Etenim quæ tandem virgo nō exporrecto ſinu vſqueadeo formosum amatorem excipiat, per tegulas illapsum? o Mida, Crœſeq; ac munera Delphico in templo dicata: vt nihil eratis ſi cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini; cui ne Persarum quidem rex par eſt. O ligo, ſagū charissimum, vos huic Panī ſuſpendi commodum eſt. At ego quād maximē ſemotū mercatus agrū, turriculaq; ſeruanda auri gratia constructa, vni mihi affatim vixerō: ſepulchrum item mihi mihi deſuncto parare eſt ſententia. Hæc igitur decretā ſunto, placitaq; in reliquā vita: ſeuntio, ignorantia, fastidium erga mortales omneis. Porro amicus, hospes, ſodalis, aut aramifericordie, meræ nugæ. Tum comiferari lacrymantem, ſuppeditare egentibus, iniquitas, de morum ſubuersio: at vita ſolitaria, qualis eſt lupus: vnuſ ſibi amicus Timon: cæteri omnes hostes, & inſidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi, piaculum: adeo ut ſi quem aſpexero duntaxat, inaſpiciatus ſit ille dies. In ſumma: non alio nobis habentur loco, quād ſigna ſaxea, æra'ue: neq; ſocialem ab illis miſſum recipiamus, neq; ſederis feriamus. Solitudo terminus eſto. Cæterū tribules, cognati, populares: poſtremo patria ipsa, frigida quædam, & sterilia nomina, ſtultorumq; mortalium gloria: ſolus Timon diues eſto: deſſiciat omnes: ſolus ipſe ſecum oblectetur, liber ab aſſentationib; & onerosis laudibus dijs ſacra faciat: epuletur ſolus, ſibi ipſi vicinus, ſibi particeps, excutiens ſeſe ab alijs,

L V C I A N I T I M O N

Ac semel decretū esto: ut unus scipsum comiter accipiat,
si moriēdam sit, aut necesse habeat sibi ipsi coronam ad-
mouere. Nullumq; nomen sit dulcius, quam Misanthropi,
id est, hominum osoris. Morum autem note, difficultas,
asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas: quōd si quem
confexero incendio conflagrantem, obtestantemq; quo
restinguam, pice oleoq; restinguere: rursum si quem flu-
men vndis abstulerit, isq; minus porrigenus, imploret ut
retineatur: hūc quoq; demerso capite propellere, ne pos-
sit emicare: hunc admodum par pari relatus est. Hanc
legem Timon tulit Echecratides Colyttenensis: & concio-
nis subscriptis suffragijs idem ille Timon. Agè hæc decre-
ta sunt: hæc fortiter tueamur. Ceterum magno emerim
ut id omnibus innotescat, quōd opibus abundo: nam illa
res illos præfocauerit: sed quid illud? Hem quæ trepidas-
tio? vndiq; concurrunt, puluerulentii atq; anheli haud
scio unde aurū odorati. Vtrum igitur hoc consenso colle-
saxis abigo, è sublini dei sculans: an hæc tantum in re le-
gem violabimus, ut semel cum illis congregiamur: ut ma-
gis angantur, fastiditi, repulsi que? Ita satius esse duco.
Itaque restemus quò illos iam excipiamus. Agè prospic-
ciam: primus eorum iste quis est? Nempe Gnatoides adus-
lator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit,
quum apud me se penumero solida dolia voruerit. Sed
bene est quòd ad me venit: nam primus omnium vapula-
bit, G N A T O. An non dixi Timonem virum bonum non
neglecturos esse deos? Salve Timon formosissime, iucun-
diissime, coniuuator bellissime. T I M. Scilicet, & tu Gna-
tonides vulturum omnium edacissime, atq; hominum per-
ditissime. G N A T. Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi
compotam-

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 27

compotamus? Nam nouam tibi adfero cantilenam, ex his
quos nuper didici dithyrambis. T I M. Atqui elegos cau-
nes, admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone. G N A. Quid isthuc? Feris ô Timon? Attestor. ô Hercules; hei-
hei in ius te voco apud Areopagitas, qui vulnus dederis.
T I M. Atqui si cuncte paulisper, mox cædis me reum
ages. G N A. Nequaquam, quin tu planè vulneri medere,
paululo auri inuncto. Mirum enim in modum præsentas
neum, id est remedium. T I M. Etiam manes! G N A. Abeo.
At tibi male sit, qui quidem ex viro commodo tam saevus
factus sis. T I M. Quis hic est qui accedit recalauerit il-
le? Philiades, assentatorum omnium execratisimus. Hic
quum a me solidum acceperit fundum, tum filia in dotem
talenta duo, laudationis præmium, quum me eanentem, res-
quis silentibus omnibus, solus maiorem in modum extus
lisset, deierans me vel oloribus magis canorū: ubi me pri-
dem egrotum conspexisset, nam adieram oraturos ut mei
curam ageret, plagas etiam egregius ille vir impegit.
PHILIADES. O! impudentiam, nunc demum Timonem
agnoscitis; nunc Gnatoides amicus erit coniuua: enim u-
ro habet ille digna se, quandoquidem immemor est atque
ingratus. At nos qui iam olim coniuctores sumus aqua-
les ac populares, tamen modestè agimus, ne insilire videa-
mur. Salve here, fac ut istos adulatores sacrilegos obser-
ues, qui nusquam adsunt nisi in mensa: prætere à coruis
nihil differunt. Neq; posthac huius ætatis mortalium ulli
fidendum est. Omnes ingrati, & scelesti. At ego quū tibi
talentum adducerem, quò posses ad ea que uelles uti, in
via accepi, te summas quasdam opes esse nactum. Proin-
de accepsi his de rebus admonitus te: quāquam tibi for-
sitam

Consilium

L U C I A N I T I M O N

Ne*stori* sicut me monitori nihil erat opus, viro nimirū adeò prudenti, ut vel Nestori ipsi, si necesse est, consilium dare queas. T I M O N. Ita fuit Philades, sed agè, accede quo te ligone comiter accipiam. P H I. Viri caput mihi comminutum est ab hoc ingrato, propterea quòd cum ea que in rem illius erant, admonui. T I M O N. Ecce tertius buc orator Demeas se recipit, tabulas dextra gestas, aitq; se mihi cognatum esse. Hic vna die de meo sedecim talenta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac vincitus. At quum soluendo non esset, ego misertus illum redemis. Porro cùm illi sorte obuenisset, ut Erechtheidi tridui distribueret ærarium, atque ego adiens, id quod ad me referibat poscerem, negabat se ciuem nosce me. D E M. Salue Timon: præcipuum generis tui præsidium, fulcimentum Atheniensium, defensaculum Græciae. Profectò iam dudum te populus frequens, et utraq; curia opperitur. Sed prius decretum audi, quod de te conscripsi. Quanta doquidem Timon Echeratida filius, Colytensis, vir non modò probus et integer, verum etiam sapiens, quantum aliis in Gracia nemo, nunquam per omnem vitam destitutus optimè de Repub. mereri: Tum autem in Olympicis vicit pugil, et lucta, cursuq; die eodem, ad hæc solenni quadriga, equestriq; certamine. T I M. At ego ne spectator quidem nunquam in Olympia sedi. D E M. Quid tum? aspectabis posthac, sed ista communia addi satius est. Tum anno superiori apud Archanenses pro Repub. fortissime se gesit, et Peloponnesium duas acies cōcidit. T I M. Qua ratione? Quippe qui nec unquam armagesset, neq; unquam militie dederim nomen. D E M. Mo destitu quidem de te ipso loqueris, nos tamen ingratifac-
turi

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 28

curi sumus, nisi meminerimus. Prætereà scribendis plebiæ scilicet, et in consultationibus, et in administrandis bellis non mediocrem utilitatem attulit Reipub. His de causis omnibus visum est, curiae, plebi, magistratibus tributum, plebejus singulatim, communiter vniuersis, aureum statuere Timonem iuxta alladem in arce: fulmen dextra testentem: radijs tempora ambientibus, utiq; septem aureis coronis coronetur, haq; corona hodie in Dionysii per Tragedos nouos promulgantur. Siquidè hodie illi Dionysia sunt agenda. Dixit hoc suffragium Demeas orator, propterea quòd cognatus illius propinquus, ac discipulus eius sit. Nam et orator optimus Timon: prætereà quicquid voluerit. Hoc igitur tibi suffragium, sed utram, et filium meū ad te pariter adduxissim, quem tuo nomine Timonem appellaui. T I M. Qui potes Demea, quum ne vxorem quidem duxeris unquam, quantū nobis scire licuit? D E M. At ducā, nouo inente anno, si deus permisit, liberiq; operam dabo. Tum quod erit natū (erit autem masculus) Timonem nunc upabo. T I M. An uxorem tu sis durus, equidè haud scio, tanta à me plaga accepta. D E M. Hei mihi. Quid hoc est rei? Tyrānidem Timon acceptans pulsasq; eos qui sunt ingenui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis: verū propediè pœnas daturus, quū alijs nominibus, tum quòd arcem incenderis? T I M. Atqui non conflagras uit arx, scelestè. Proinde palam est, te caluniatorem agere. D E M. Verum offosso ærario diues effectus es. T I M. Atqui non effossum isthuc, vnde ne hæc quidem probabis liter abs te dicuntur. D E M. Verum effodietur posthac, sed tu interdum omnia quæ in eo condita, possides. T I M. Alteram itaque plagam accipe, D E M. Hei scapulis
B 4 mīcis.

LUCIANI TIMON

meis. TIM. Ne vociferare, alioqui & tertiam tibi illis-
dam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si quum
mermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, unum sce-
lestum hominem non protriuero. Tum frustâ vicerim in
Olympijs, & pugil & palæstrides. Sed quid hoc? An non
Thrasycles hic est? profectò ipsus est, pro-
Vaphus missa barba, subductisq; supercilijs, & magnum quiddam
secum murmurans accedit, Titanicum obtuens, cæsiacem
per scapulas fluentem ventilans, alter quidem Boreas, aut
Triton, quales eos Zeufis depinxit. Hic habitu frugalis,
incestu moderatus, amictu modestus, mane nimirum quam
multa de virtute differit, damnans eos qui voluptate ca-
piuntur, frugalitatem laudans: at ubi lotus ad coenam ve-
nit, pueriq; ingentem illi calicem porrexit (meraciore au-
tem maxime gaudet) perinde ut Lethe aquam ebibens,
& dilucularijs illis disputationibus diuersissima que sunt
exhibit, dum milui instar præripit obsonia, & proximum
cubito opposito arcens, mento interim condimentis op-
pleto, dum canum ritu ingurgitat, prono incumbens cor-
pore: perinde atq; in patinis virtutem inuenturū se spe-
ret, dumq; usque adeò diligenter catimos extergit indice
digo, ut ne paululum quidem reliquiarum sinat adhære-
re, nunquam non querulus, tanquam deteriorem partem
accepterit, vel si totam placentam, aut suem solus omnium
accipiatur, qui quidem edacitatis, & insatiabilitatis est frus-
etus, temulentus, vinoq; bacchatus, non ad cantum modò,
saltationemq;, verùm ad conuictum usq;, & iracundiam.
Ad hæc multus inter pocula sermo (tum enim vel maxi-
mè) de temperantia, sobrietateq; atq; ista quidem logia-
tur, quum iam à mero male affectus ridicule balbutit. Ac-
cedit

D. ERAS. ROT. INTERP. 29

sed it his deinde vomitus. Postremo sublatum eum de cō-
uiuio efferunt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhære-
tem. Quanquam alioqui ne sobrius quidem ulli primario-
rum cesserit, vel mendatio, vel confidentia, vel avaritia.
Quin & inter assentatores primas tenet, peierat prom-
ptissime, anteit impostura, comitatur impudentia. In sum-
ma prorsus admirandum quoddam spectaculum est, omni
ex parte exactum, variegat; absolutum: proinde non ciula-
bit clarius videlicet quum sit modestus. Quid hoc papa,
tandem nobis Thrasycles? THRASY. Non hoc animo
ad te venio Timon, quod pleriq; isti, qui nimurum opes ada-
mirati tuas, argenti, auri, opiparorum conuiuiorum addu-
cti sive concurrunt, multaque assentatione deliniunt te, ho-
minem videlicet simplicem, facileq; imparitem id quod
adest. Siquidē haud ignoras offam mihi in coenam sat esse,
tum obsonium suauissimum cæpe, aut nasturtium, aut si
quando lubeat lautijs epulari, pusillum salis. Porro po-
tum fons Athenis nouem saliens venis suppeditat. Tum
pallium hoc quouis purpura potius. Nam aurū nihil ma-
gis apud me in pretio est, quam calculi qui sunt in litoria-
bus. Sed tua ipstius gratia huc contuli, ut ne te subuer-
terit pessima ista, atq; infidiosissima res opulentia: quippe
que multis sè penumero immedicabilium malorum exte-
rit causa. Etenim si me audies, potissimum opes vniuersas
in mare precipitabis, utpote quibus nihil sit opus bono
viro, quiq; philosophia posset opes perspicere. Ne tamen
in altum o bene, sed fermè ad pubem usq; ingressus, pau-
lum ultra solùm fluctibus opertum, me quidem uno spe-
ctante. Quod si hoc non vis, tute igitur eas potiore via
ex edibus ejicito, ac ne obulū quidem tibi facias reliquū.

LVCIANI TIMON

videlicet largiens ijs, quicunq; opus habent, huic quinq;
drachmas, illi minam, alijs talentum. Porrò si qui erit phi-
losophus, hunc & quum est duplam aut triplam ferre por-
tionem: quanquam hoc quidem mihi non mea ipsius gra-
tia postulo, sed quo amicis, si qui egebunt, donem: sat est
si modo peram hanc lirgitione tua expleueris, ne duos
quidem modios Aeginiticos capientem. Nam paucis con-
tentum, modestum q; conuenit esse cum qui philosopha-
tur, neque quicquam ultra peram cogitare. T I M. Equi-
dem ista que dicas probo Thrasycles: ergo si videtur,
priusquam peram expleam, agè tibi caput opplebo tube-
ribus, posteaquam ligone sum mensus. T H R A S Y. O'
libertas, o leges, pulsatur ab impurissimo libera in ciuitate?
T I M. Quid stomachatis o bone Thrasycles? num
te defraudaui? Atqui adjiciam ultra mensuram Choeni-
ces quatuor: sed quid hoc negotij? Complures simul ad-
ueniunt. Blepsias ille, & Laches, & Gniphon, breuiter
agmen eorum, qui vapulabunt. Itaq; quin ego in rupem
hanc conserendo, ac ligonem quidem iamdudum fatigatum,
paulisper interquiescere fino? At ipse plurimis congestis
saxis, procul eos lapidum grandine peto. B L E P S I A S,

Ne iace Timon, abimus enim. T I M. At vos
quidem nec citra sanguinem, nec abs-
que vulneribus.

ICARO

 ICAROMENIPPVS
LVCIANI SIVE HYPERNEPHE-
LVS, DES. ERAS. ROT. IN-
terprete.



ER mille igitur erant stadia à terra usq;
que ad Lunam, ubi prima nobis fuit
mansio. Porrò hinc sursum ad Solem
parasangæ fermæ quingentæ. Rursum
ab hoc usq; ad ipsum deniq; cœlum, ara-
cemiq; Iouis in edito sitam, tantum ferè
spatii fuerit, quantum aquila probe succincta, atque ex-
pedita queat uno die peragere. A M I C V S . Dic mihi per
gratias Menippe: quæ sunt ista quæ de astris loqueris, ac
tacitus tecum suppeditai? Etenim iamdudum te affectans,
audio Soles, & Lunas: prætere à autem, & magnifica
ista, mansiones ac parasangas, peregrina quædam com-
memorantem. M E N I P P V S . Ne mireris Amice, si su-
blimia, aëreaq; tibi video loqui, nam summam apud me
reputo nuper actæ peregrinationis. A M I C . Nimurum
Phoenicum exemplo viam stellis notaras. M E N I P P V S :
Haudquaquam per louem: quin magis ipsis in stellis sum
peregrinatus. A M I C . Papæ, longum profectò somniis
mihi narras. Siquidem totas edormisti parasangas in-
sciens. M E N I P . Quid ais? Somnium tibi referre vi-
deor, qui modò ab ipso loue ipse reuersus adsum? A M I C .
Quid audio? Ita'ne Menippus nobis à loue delapsus ad-
est è celo? M E N I P P V S . Ita sanç. Ego tibi ab ipso
illo summo loue hodie venio, rebus interim dictu miris,
& auditis, & conspectis. Quod si non credis, equidē boe
ipso



LVC. ICAROMENIPPVS

ipso nomine supra modum gaudeo, cùm supra fidem essa video, meam felicitatem. A M I C. Et quo pacto diuine, atq; Olympie Menippe, mortalis cùm sim, ac terrestris, quem nō credere viro, qui nubes superarit: quiq; ut Homericis, dicam verbis, iam sit coelitum è numero vnum? Verum illud mihi dicio, si molestem non est, quibus modis in alem subiectus es, aut unde nactus scalas tanta magniitudinis? Nam quantum ad faciem, ac formam attinet, non es admodum similis illi Phrygio: ut conjectare possumus, te quoq; ab aquila raptum fuisse, quò pocillatoris alicubi munere fungereris. M E N I P. Non me clam est te iam dudu irridere. Neq; vero id omnino mirū, si narrationis nostra tibi fabule videtur ad similitudinem. Ceterū ad consensum nihil mihi erat opus, neque scalis, neq; ut pueri illius in morem ab aquila rapere: propterea quòd alæ mihi essent proprie. A M I C. Iam verò istud quod narras, vel ipsum Dedali factum superat. Siquidem præter alijs nobis inscientibus, miluius quispiam, aut graculus ex homine factus es. M E N I P. Recte amice: neque procul à scopo coniecisti. Etenim illud Dedali de alijs inuentū ipse quoniam sum machinatus. A M I C. At interim omnium audacissime, non veritus es, ne tu quoq; alicubi in mare delapsus, Menippum aliquod pelagus tibi cognomine redderes; quemadmodum ille Icarium? M E N I P. Nequaquam: Siquidem Icarus cùm alas haberet cera adglutinatas, eaq; quam primum ad solem esset liquefacta, defluxis alijs, non mirum si decidit. At nobis citra ullam ceram erat pennæ. A M I C. Istud qui fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulatim me adducis, ut vera videatur quae narras. M E N I P. Ad hunc fermè modum. Aquilam egregiè man-

D. ERAS. ROT. INTERP. 31

gnam, tum autem, & vulturem validum arripui. His cum alas vna cum ipsis brachijs præsecuissem. Quin potius si vacat totius commenti rationem ordine tibi percensebo. A M I C. Mibi quidem vel maxime vacat. Adeò sublimis à sermone tuo pendo: iamq; ad narrationis finem in hio. Ne verò me negligas, per louem amicitia præsidem, auribus in aere suspensum ob tuam narrationem. M E N I P. Ausculta igitur. Neq; enim civile fuerit, si spectem amicum ore biante relictum. eumq; quemadmodum tu ait, ab auribus suspensum. Ego igitur cum expendes ea quae sunt in vita mortali, protinus omnes res humanas reperire semper ridiculas, humiles, instabiles: nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horum studio, adiectionis animo ad ea, quae vere sunt bona: conatus sum ab his tenetibus emicare, & ad uniuersitatem naturam suspicere. Atq; hic mihi multam attulit hesitationem: primum hic ipse qui à sapiētibus appellatur mundus. Neq; enim inuenire poteram, neq; quo pacto factus fuisset, neq; quo opifice: neq; quid esset illius vel initium, vel finis. Deinde cum particulatim contemplarer, multò etiam magis ambigere sum coactus. Quippe qui viderem stellas temere per cœlum disiectas. Tum solem ipsum, quid tandem esset, scire getebam. Super omnia verò quae Lunæ accidebat, mibi via debantur absurdæ, ac planè mira: putabamq; causam alia quam arcam, & inexplicabilem esse, cur illa subinde speciem formamq; vararet. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpens, tum pluviat, nix, grando è sublimi decessa: videbantur hæc quoque omnia conjectu difficultas: quæ que nullis notis deprehendi possent. Itaque cùm ad eum modum essem affectus: optimum factu ratus sum, ut horum

borum vnumquodq; à philosophis istis perdiscerem. Siis
quidem existimabant illos veritatem omnem docere posse.
Quare cùm ex illis præstantissimos delegisset, quantum
mibi coniectare licebat, è vultus austeritate, eç; coloris
pallore, ac barbae profunditate: Mirum enim ut mihi ex
ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & cele-
stium rerum peritos viros præ se ferebant: His vbi mea
met docendum tradidisse magna pecunia: quam partim
è vestigio presentem numerauit: partim tum me persolua-
turum sum pollicitus, vbi ad philosophie summam peruen-
tum esset: non grauabar erectus ad nugas doceri, & uni-
uersi dispositionem discere. At illi tantum aberant, vt me
pristin i liberaret inscitia, vt in maiores etiam dubitatio-
nes coniecerint, principia nescio que, ac fines, tum inse-
cabilia, mania, sylvas, ideas, atq; id genus alia, mihi quo-
tidie offundentes: Verum illud interim mihi videbatur
omnium esse grauißimum: quod cùm nihil inter illos con-
ueniret, verū pugnantia, diuersaq; inter se omnia loque-
rentur: tamen postulabant, vt sibi fidem haberem, ac ad
suam quisq; rationem me conabatur adducere. ^{A M I C.}
Rem absurdam narras, si viri cùm essent sapientes, inter-
esse de rebus fastidiosè dissidebant: neque de iisdem eadē
probabant. ^{M E N I P P V S.} Atquirideres Amice, si au-
diens illorum arrogantium, & in differendo progidio-
sam confidentiam. Qui quidem cùm humi ingreden-
tur, nihilo' que præstantiores essent nobis, qui super ter-
ram ambulamus, ne cernentes quidem acutius quam qui-
uis altus astans, nonnulli cæcurentes etiam senio, atque
inertia: tamen & cœli terminos perspicere se profi-
cebantur: solem quoque ipsum dimicentes, & ea que
supra

supra lunam sunt, aggredientes: Ac perinde quasi ex ip-
sis delapsi stellis, ua & magnitudinem illarum, & figu-
ram explicabant. Ac sè numero cùm fortène illud quis-
dem certo sciret, quot stadijs à Megara abessent Athenæ:
tamen spatiū, quod interest inter solem, & lunam, quot
esset cubitorū, audiebant pronuntiare: tum aeris altitudinē,
maris profunditatē, terræ ambitū dimicentes. Ad hæc,
circulos depingebat, ac triangulorum figuras super qua-
drangulos inducentes, neque non sphæras quosdam pictu-
ratas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam vero illud non
non insulsum, & insignis arrogantis: quod cùm de re-
bus usque ad eò incertis loquantur, nihil tamen ita propo-
nunt, quasi conjecturis ducantur: verum supra modum
contendunt: neq; ullum vincendi locum alijs relinquent:
tantum non iure iurando confirmantes solem massam esse
candescantem, moli Lunam, stellas aquam potare, idq;
Sole veluti fistula quadam per funem demissa, vaporem è
mari attrahente, atque illis omnibus ordine potum distri-
buente. Nam quanta sit in dictis pugnantia, id haud dif-
ficile fuerit cognoscere. Iam mihi specta per Iouem, num
illorum decreta inter se consentiant, ac non magis lon-
gissimis distâ inter uallis, quandoquidem primum de ipso
mundo varia est sententia cum alijs & ingenitus, & nu-
quam interiturus esse videatur. Rursum alijs, & opifi-
cem illius, & fabricandi modum eloqui sint austi. Quos
equidem cum primis admirabar, propter eò quod cùm decim
quendam rerum omnium opificem præposuissent, non
illud etiam adderent, vel unde is esset profectus, aut vbi
loci consisteret cùm omnia fabricaretur. Nam ante vni-
uersi exortum, nō posss vel tempus, vel locum imagini-
^{A M I C.}

LVC. ICAROMENIPPVVS

A M I C E. Prorsus audaces quosdam Menippe homines, ac prodigiorum autores mihi narras. **M E N I P.** Quid autem, si iam audias vir optime, quae differant, et de Ideis, et de incorporeis, quae de finito, et infinito nugas tur? Nam, et his de rebus acriter inter se digladiantur, dum alij fine circumscribunt uniuersum, alij contra, finem illud nescire existimant. Quin insuper quidam ex istis cō plures esse mundos demonstrabant, damnantes eos, qui de hoc velut uno quopiam illorū disputarent. Rursus alius, nescio quis vir, haudquam amicus paci, bellum rerum omnium parentem esse censebat. Nam de diis, quid iam attinget loqui? Cum his deus esset numerus: illi rursus, per canes, et anseres ac platanos deierarent. Deinde alij, reliquis omnibus diis expulsis, vni soli rerum omnium impervium tribuebant: ita ut mecum etiam animo discruciarer, cum tantam audirem deorum inopiaem. Et diuerso alij libe raliores, multos deos faciebant: ac dissectis illis hunc ali quem primum deum appellabant: his secundas, aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc alij incorporeum quiddam, et informe putabant esse numen. Alij corpus esse imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione, ut putarent diis esse curæ res mortalium: verū erat nonnulli, qui eos omni cura liberantes, haud aliter, atque nos consueuimus etate defecos, à ministerijs dimittere: nihil aliusmodi eos inducunt, quam cuiusmodi in comœdiis induci solēt satellitia. Nam alij superantes hæc omnia, ne esse quidem ullos omnino deos credebāt, sed mundum nullo domino, nulloq; duce temere ferri sinebant. Atqui cum hæc audiebam, verebar non habere fidem viris altis fremis, ac probc barbatis. Neq; tamen inueniebā, ad cuius dicta

D. ERAS. ROT. INTERP. 33

dicta me verterem, ut aliquam illorū sententiam nanciscerer irreprehensam, ac nequaquam ab alto si buersam. Itaq; plane tandem Homericū illud mihi vsu veniebat. Nam sē penumero animus incitabat, et huic alicui illorū crederē:

Sed me mens diuersa vetabat.

In quibus omnibus cū perplexus hæsitarem, desperabam futurum, ut super his verū aliquid in terris audirem: ceterū vnicā tantum via, uniuersa dubitatione liberari posse, si ipse alis aliqua ratione additis, in cœlum ascēderem. Eius rei confiende spem mihi præbuit primū ipsa cupiditas, deinde fabularum scriptor Aesopus, qui aquilis, ac scarabeis, interdum, et camelis cœlum adiri potuisse demonstrat: verū ut mibi ipsi aliae prouenirent alis quando, id nulla ratione fieri posse videbatur. Ceterū si vulturis, aut aquile alas induisse, nam has solas sufficeret ad humani corporis modum, futurum forsitan, ut mihi succederet experientia. Itaq; correptis anib; alteri de extram alam, porrò vulturi sinistram amputauit, idq; admodum scitè. Deinde quum obligasse, humerisq; loris validis accōmodasse: tum summis pennis ansas quosdam manibus inscrēndis addidisse, mei ipsius periculum faciebam: primum subfiliens, ac manibus interim subseruiens, et anserum exemplo paulum azhuc à terra volatu me susstollens, inter volandum summis interim pedibus ingrediens. Postea quum res ex animi sententia succederet, iam audacius etiam experimentum aggrediebar: conscientiā arce demisi meipsum perpræcepis, atq; inde in ipsum fecerbar theatrum. Mox ubi nullo periculo deuolasse, sublimia iam, et ardua cogitare cœpi: ac tollès me à Partheno siue Hymetto, ad Geraneum usq; volabam: Rursus

inde ad Acrocorinthū subuolauit: deinde supra Pholoēn,
et Erymanthū ad Taygetum usq;. Ergo cum tandem aust-
dax facinus satis essem meditatus, iamq; perfectus, et als-
tiuolus euasissim, non amplius de pullis imitandis cogita-
bam, verūm consenso Olympo, quām leuisissimo cōmetu
onustus, inde recte in cōclūm tendere coepi: initio quidem
oborta oculorū vertigine ob profunditatem: et postea fe-
rebam, et hoc quoq; facile. Verūm ubi iam ipsi luna vi-
cimus essem, plurimum q; nubiū essem emensus, sentiebam
me defatigatum, maximè in ala sinistra, nempe vultu ina.
Huc igitur diuerti, ac super eam insidēs requiescebam, in
terram interim è sublimi respiciens, neq; secus quām Ho-
mericus ille Iupiter, nunc bellacium Thracum regionem
despiciens, nunc Myzorum, mox (si libuisset) Græciam,
Persicam, Indianiq; ex quibus omnibus varia quadam vo-
luptate perfundebar. A M I C. Ergo ista quoq; narra-
bis Menippe, ne illa prorsus peregrinationis parte fra-
demur, quām potius, si quid obiter in itinere conspexisti,
fac ut hoc quoq; sciamus. Nā ego sanè haud mediocria dis-
tetur te expecto, de terrae forma, deq; omnibus que in
terra sunt, cuiusmodi tibi visa sunt ex alto contemplanti.
M E N I P. At tu quidem recte coniectas Amice. Quamob-
rem quatenus licet, consensi: luna inter narrandum pere-
grinanti comes esto, simulq; mecum cōtemplare totam ter-
ræ speciem, habitumq; At q; initio quidem admodum pu-
sillam quādam terrā mibi videre videbar, multò inquam,
luna minorem: ita ut ego repente intentis oculis diu dubi-
tarem, ubi nam essem tanti illi montes, ac tantum mare:
quod ni Rhodiorū Colossum confexissim, tum Phariam
turrim, haud dubie prorsus vbinam essem terra, me pror-
sus

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 34
sūs latuisset, verūm ista quid sīnt sublimia, præq; ceteris
eminētia, prætereà oceanus paulatim ad solem resplens
descens, indicabat terram esse id quod videbam. Mox
ubi fixius intenderem oculos, iam mihi omnis mortaliū vi-
ta cōpet esse conspicua: non solum singulæ nationes atq;
urbes: sed planè videbam nauigantes, bellantes, agriculto-
lantes, litigantes, mulieres, feras: et vt summatis dicam,
Quicquid tellus educat alma.

A M I C. Ita que nunc dicas haudquaquam sunt verissimi-
lia, ac secum pugnantia. Etenim cum paulò antè Menip-
pe terram requireres, propter ingens in medio interval-
lum in arctum contractam, adeò ut nisi Colossus tibi se-
cisset indicū, forsitan aliud quiddam videre te credidis-
ses, qui repente factus lynceus cuncta que sunt in terra,
dignoscis: homines, feras, ac propemodum etiam culicū
nidos. M E N I P. Recte tu quidem admones: nam quod
maximè dictum oportuit, id nescio quomodo præteriit:
Siquidem quū ipsam quidem terram conspectam agnosces
rem, ceterū reliqua nō possem perspicere propter altitu-
dinem, nimis iā nō pertingente oculorū acie, grauitate
earum me discriuabat, ac vehementer perplexum habes-
bat. Ego quām ad hunc modū essem sollicitus, ac propemo-
dum etiam lacrymarer: adest a tergo sapiens ille Empedocles,
ea specie vt carbonariū quempiam esse dices, ci-
nere oppletus, atq; exustus. Hunc ego quū vidissim (dicē-
dum est enim) nō nihil perturbabar, ratus demonē aliquę
lunarē videre me. At ille; Bono, inquit, es animo Menippe:

Nullum ego sum numen, quid me immortalibus aequalis
Sum Empedocles ille physicus: etenim ubi me præcipitē
in crateras iniecisse, fumus ab Aetna raptū hic subnexit.

Itaq; nunc lunam incolo, aeri uagus plerunq; ac rore vicitis
to. Adsum autem hesitantiam istam tibi adempturus: nam
illud (ni fallor) male & habet, torqueatq; quod non liceat
tibi perspicere terram cernere. Bene abs te factum est, in-
quam, optime Empedocles: ubi primū deuolaro rursus in
Græciam, tui memor sacrificabo tibi in fumario: atq; in
nouilunijs ter ad lunam inhiens, vota faciam. Ino per En-
dymionem, inquit ille haud huc accessi præmij gratia, sed
affectione quædam mouit animū meū, quū te videarem af-
fectum molestiæ: verū scis quid facies, quò perspicax sis?
Non per louem, inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem
amoueras ab oculis: nam in præsentia videor nō mediocri-
ter lippire. At qui me, inquit ille, nihil erit opus. Etenim
vt acutè videoas, id ipse tecū è terra allatū habes penes te.
Quid igitur est istud, inquam, neq; enim nouit? An igno-
ras, inquit, te dextram aquile alam induitū esse? Scio, in-
quam, maxime, sed quid ale cum oculo? Quoniam, inquit,
aquila inter animalia cæters acutissimi visus est, unde
sola solem aduersum obtuetur: atq; ita demum est rex &
ingenus aquila, si non conuentibus oculis aduersus radios
aspiciat. Ita quidem aiunt, inquam. Quare iam me pœ-
nitet qui nō meis exēptis oculis aquilmos inservierim, cū
huc ascenderem. Nam nunc sanè dimidiatus aduenio, neq;
omni ex parte satis regaliter adornatus, quin magis adsi-
milis videor notbis istis, & abdicatis. Attamen in te est,
inquit, ut protinus alterū oculū regalem habeas. Etenim
si assurges, velisq; cohibita vulturis als, aliena solam mo-
uere, iuxta proportionem ale, dextro oculo cernes acutè:
quominus altero cæctias nulla ratione succurri potest,
propter ead quodd ad partem pertinet deteriorem. Mibi,
inquam,

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 35
inquam, satis est, si vel dextra ex parte aquilino more
cernam. Nihilo enim fuerit deterius, cùm mibi non raro
vidisse videar, fabros altero oculo melius etiam ad regu-
lam ex e quantes ligna. Hæc locutus, simul ea faciebam,
que præcepérat Empedocles, ille interim paulatim sub-
ducens sese, sensim in fumum evanuit. At simulatq; mo-
uissem alam, ingens lumen mihi circunsulit, adeò ut cuna
et fierent in conspicuo, quæ hac tenus latuerant. Defles-
xis igitur in terram oculis, clare videbam, & urbes, &
homines, & que siebant: neque solum ea que sub dio, ve-
ram etiam quæ domi faciebant, rati sese à nemine videri.
Ptolemaeum vidi cum forore rem habentem: Lysimacho
struente insidias filium: Antiochū Seleuci filium, nouer-
cæ Stratonicæ clanculum innuentem: Theſſalum Alexan-
drum ab uxore tolli è medio: Antigonū filij uxorem adul-
terio stuprante: Attalo velleñū porrigentem filium. Rur-
sum ex altera parte Arsacem interficientem mulierculam:
& Arbacem Eunuchum gladium edacentem in Arsacem.
Porrò Spartinus Medus è coniuicio foras protrahebatut
à satellitibus, calice aureo in frontem impacto. Atque his
fernæ cōsimilia tum in Libya, tum apud Scybas, ac Thra-
ces, in regijs geri licebat cernere. Nempe adulterantes,
occidentes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidan-
tes, nonnullos ab intimis amicis prodi. A regum qui-
dem negotia huiusmodi mihi spectaculum exhibebant.
Cæterum que factitabant plebei, longè magis erant ridicu-
li. Siquidem & inter hos videbam Hermodorum Epi-
cureum ob mille numerū peierantem: Agathoclemi Stoï-
cum de mercede discipulam in ius vocantem: Cliniam rhe-
torem ex Aesculapij fano phialam auram suffurantem:

LVC. ICAROMENIPPVS

Herophilū Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios cōmemorem, qui parietes perfoderent, qui lites agitabant, qui fœnerabant, qui reposcerent? Nam varium quoddam, & vndiq; mixtum erat spectaculum. **A M I C.** Atqui recte facies Menippe, si ista quoq; retuleris. Consentaneum est enim te ex his non vulgarem cepisse volus ptatem. **M E N I P.** Ne fieri quidē potest Amice, ut cuncta ordine recenscam, quū spectare modō ista fuerit difficultimum; verūm rerum fastigia eiusmodi fermè videbantur, qualia resert Homerus in clypeo, ubi erant coniuita, nuptiaeq;. Altera ex parte iudicis, & conciones. Rursum alia ex parte sacrificabat quispiam. In proximo verò cōspiciebatur aliquis luctum agens. Porro quū ad Geticam respicerem, videbam belligerantes Getis. Rursum ubi ad Scythas deflecterem, cernere erat errantes in plaustris. Mox ubi paululum in diuersam partem deflexisse oculum, spectabam agricolantes Aegyptios. Phoenix scortabitur, Cilix latrocinabatur, Laconloris cedebatur, Atheniensis causas agebat. Hec omnia quū eodem tempore gererentur: cogit: nunc cuiusmodi visa fuerit rerum cōfusio. Non aliter, quām si quis producat multos saltatores, vel potius multas choreas: deinde præcipiat, ut omisso concerto proprium quisq; cationem canat. Deinde si certatim canat uniusquisq; et peculiarem suum cantū absoluere studeat, vocisq; magnitudine vicinum superare contendat: cogita tecū per louem, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. **A M I C.** Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusans. **M E N I P.** Atqui Amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt, omnisq; mortalium vita ex huiusmodi constat discrepantia: quippe qui non

D. ERAS. ROT. INTERP. 36

qui non modō sonent absonta, verūm & ornati sint dis̄sili, diuersaq; moneant, neque quicquam idem cogitent, donec choragus omnes ē scena exigat, negans diutius choretas ducere oportere. Id ubi factū est, iam omnes sunt inter se similes, taciti, nec amplius confusam illam, & incompositam canentes cationem. Verūm in vario ipso ac multiiformi theatro, videlicet ridicula erant que gerabantur omnia: præcipue verò mihi risum mouebant ij, qui de agrorū finibus contendebant, quiq; sibi placerent hoc nomine, quōd Sicyonium agrum colerēt, aut quōd Marathonis eam partem haberent, que est iuxta Oenoēn, aut quōd in Acanthia iugerum mille posiderent. Cum vniuersa Gracia, quemadmodum id temporis mihi ē sublimi despicienti videbatur, quatuor digitorum spatiū habere videretur. Attica (ni fallor) proportione minima pars erat. Itaq; perspexi quid esset reliquum, quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quām plurimum agri posidebat, vix vnam ex Epicureis atomis cole re mihi videbatur. Ceterū ubi ad Peloponnesum flexisse oculos: deinde terrā Cynosure subiectam appexisse, veniebat in mētem pro quantula regione, que nihil effet latior lente Aegyptia, tam ingēs Argiolorum ac Lacedæmoniorum multitudo cecidisset vno die. Porro si quem conspexisse auro superbientem, quōd anulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam Pangēum vniuersum, vna cum ipsis metallis, vix erat magnitudine milij. **A M I C.** O' te felicem Menippe, qui tam nouum spectaculū. Sed aḡe dic mihi per louem, ciuitates, atq; homines ipsi, quanti videbātur ex alto cōtemplanti ē. **M E N I P.** Evidem arbitror te sēpenumero

LVC. ICAROMENIPPVS

formicarum concionem vidisse: aliquas in orbem obambulantes, nonnullas excentes, rursum has in ciuitatem redeuntes. Atque h.ec quidem simu exportat: hec alicunde raptam fabae tunicam, aut dimidiata frumenti granum currens appetat. Consentaneum est autem pro ratione ritus formicarum, esse apud illas et adiutum fabros, et concionatores, et magistratus, et musicos, et philosophos. Sed urbes sancte cum ipsis viris, formicarum nidiis maxime videbantur ad similes. Quod si tibi videtur humilius exemplum, viros cum formicarum republica conferre, vetustas Thessalorum fabulas specta. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam, et formicis viros natos esse. Nam postea quam satis spectasse omnia, satisque risussem, excusi meipsum, subuolauit.

Ad reliquos diuos louis altitonantis in edes. Nondum stadium ascendram, cum Luna, femea sonans voce: Menippe, inquit, ita tibi contingent que optas, inserui mihi in re quapiam apud louem. Dic, inquam, neque enim erit molestia, nisi si quid oueris sit portandum. Numcium, inquit, quandam haud grauem, ac petitione meo nomine loui perferes. Encor Menippe, et multa, et intolleranda ab istis philosophis audiens. Quibus prætere a nihile est negotij, nisi ut curiosi res meas exquirant, que sim, quata sim, et quam ob causam dissecer, dimidiataque fiam, curque utrimque gibbosa videar. Tum hi me dicunt inhabitari: illi speculi ritu supra mare suspensam esse. Alij rursus, quod quisque secum excogitarint, hoc mihi tribuunt. Postremo ipsum quoque lumen aiunt mihi et furium esse, et adulterinum: quod dicitur superne a sole profiscatur, neque fiam faciunt, etiam cum hoc qui mihi frater est, committere me, et factione inter nos ferere conantes. Neque satis erat illis

D. ERAS. ROT. INTERP. 37

illis, que de ipso dixerunt sole, saxum esse illum, et massam candentem. Et tamen quam multarum rerum illis sum conscientia, quas noctu patrant, turpisimas et execrandas, cum interdiu tetrici sint, et aspectu virili, habituque graves, et imperitorum oculos in se coniectos habentes. Atque ego cum ista videam, fileo tamen. Neque enim decorum arbitror, retegere, atque in lucem efferre nocturnas illas diatribas: et quam quisque in opero vivat vitam. Quinetiam si quem conspicerem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quammaxime nocturnum audentem, continuo contracta nube tegebam, ne vulgo ostenderem viros senes, et gerentes, que neque barba prolixae, neque virtus professioni essent decora. At istis pro nihil est, oratione me discerpere, modisque omnibus contumeliae afficere. Adeo ut (testis est mihi nox ipsa) sepius in animo habuerim, quam possem hinc longissimum demigrare quopiam, ubi liceret curiosam istorum linguam effugere. Hoc igitur memineris, ut loui renuncies: simulque illud addas, ne fieri quide posse ut hoc in loco durem, nisi Physicos illos comminuat, Dialecticis os occcludat, Stoam demoliat, Academiam exurat, que in Peripato habentur, diatribis finem imponat. Siquidem ad hunc denique modum fiet, ut mihi paretur quietes, desinantesque me quotidie commetiri. Fient, inquam, que mandas, simulque recta ad ipsum coelum tendebam.

Nulli ubi comparent hominum' ve, boum' ve labores. Etenim paulo post ipsa etiam Luna mihi perpusilla videbatur et sublimi. Tandem et terram obtexerat. Porro rectilo ad dextram sole, per ipsas volans stellas, tertio die ad coelum perueni. Ac primu quidem mihi rursum est, protinus ita ut eram, introrsus ratus: facile fieri posse ut falle-

LVC. ICAROMENIPPVS

rem: quippe dimidia mei parte aquila. Porro aquilam sciesbam iam olim esse loui familiarem. Post apud me perpendebam illos quam primū deprehensuros esse me, qui alteram alam vulturinam induitus essem. Quapropter optimum facturatus, non temere venire in periculū, audiens
 pulsui fores. At Mercurius auditu pulsu, ac nomen percontatus meum, festinatō abiit, loui renuntiaturus. Nec multò post, introsum accersitus, magnopere pavans, ac tremens. Offendoq; deos omneis pariter considentes, nec hos absq; solicitudine. Nonib⁹ enim animos illorū turbabat nouus, et inopinatus aduentus meus. Et quantū antea nunquā expectabant, futurū, ut mortales omnes mox advenirent, ad eundem modū alati. Porro Iupiter, admodum terribili vultu, toruq; & Titanico me obtuens, inquit:

Quisnam es, et unde venis; ubi nam urbs tibi, qui ue parentes? Hoc ubi audissem propemodum metu sum exanimatus. Attamen consti stupidus, præq; vocis magitudine attonitus. Ali quanto post ad me reuersus, omnis dilucide exposui, ab ipso exorsus capite. Quemadmodum concupissem sublimia illa cognoscere: Quemadmodum accessissem ad Philosophos: Quemadmodum pugnantia loquentes audissem: Quemadmodum desperassem, distractus illorum dictis. Deinde meum inuentum, cum alias reliquaq; omnia, vsq; ad ipsum cœlum. Post omnia addidi que Luna mandarat. Itaque ridens Iupiter exorrexit aliquantum supercilijs: Quid dicas, inquit, de Ceto, et Ephialto, cum ausus sit et Menippus in cœlum ascendere? At in presentia quidem te ad hospitij consuetudinem inuitamus. Cras, inquit, super his quorū gratia hic aduenisti, dato responso dimittimus: simulq; cū dico sur-

D. ERAS. ROT. INTERP. 38

et surgens, ibat ad eam cœli partem, unde maximè omnia poterat exaudiri. Nam enim tempus erat, ut votis audiēdis consideret. Atq; interim inter cunctū, percontabatur me super his negotiis, que essent in terra, ac primū quidē illarū: Quanti nunc venti triticum in Gracia: Et num superior hyems grauiter nos tetigit: Et num olera egent imbre coepio siiore. Sub hac rogabat: num quis adhuc superesset ē Phidie genere. Et quam ob causam Athenienses tot annos Iouialia intermissione: et num in animo haberent Olympia pium suū absoluere: Et num essent comprehensi, qui templum Dodonæū sacrilegio spoliassent. Ad ea cum responsum dissem: Dic mihi, inquit, Menippe, de me vero quam habent homines opinionem? Quam, inquam, obere, nisi maximè piam nimurum omnium deorū regem esse te. Ludis tu quidem, inquit. Ceterū ego cōtentōnem illorum probē noui, etiam si nihil fatearis. Si quidem fuit olim tempus, cum illis virates esse viderer, et medicus. In summa unus eram omnia. Tum Iouis plene erat, et via omnes, simul et mortalium conciones Pisa, ac Dodona splendidae erant, ac conspicienda omnibus. Porro præsumo sacroru, nec attollere oculos mihi licebat. Verum posteaquam Apollo apud Delphos constituit oraculum: Aesculapius medicina officiam Pérgami: simulatq; Bendidium natum est in Thracia: Anubis templum in Aegypto: Diana apud Ephesios, ad ista quidem concurrunt omnes, solennes conuentus celebrant, Hecatombas offerunt: mihi vero tanquam ætate defecto, abunde magnum honorem habuisse se putant, si solido quinq;ennio sacrificari int in Olympia, proinde videoas aras meas frigidiores, quam sint vel Platonis leges, vel Chrysippi syllogismi. Huiusmodi quæpiam

LVC. ICAROMENIPPVS

quepiam confabulati, in eum peruenimus locum, ubi con-
fessurus erit ad exaudiendā vota. Erant autē ordine sita
fenestrā, cūiusmodi sunt dōra buteorū, habeatēs operulū,
iuxta vñamquā inque sellā posita erat aurea. Itaq; iupiter
cūm ad prīmū uscīdisset detracto operculo, p̄r̄ebuit fēse
petentibus. Optabant autē ex omniū yndiq; terra, diuersa,
variāq;. Nam ipse quoque admotis pariter auribus simul
audiebam vota. Erant autem huiusmodi. O' iupiter, con-
tingat mihi regnum. O' iupiter, contingat capas, et al-
lia mihi prouenire. O' iupiter, vñiam pater mihi breui
moriatur. Rursum aliis aliquis dicit: Vñiam existam he-
res vxoris: Vñiam nemo resclēsat me struxisse insidias
fratri: Contingat mihi vincere litem: Coronari Olympia.
Porro ex his qui nauigabant, hic optabat ut spiraret Bos-
reas: ille vt Notus: Agricola optabat pluuiam: cōtrā fullo
solem. At iupiter audiens, et singuli vota diligenter ex-
pendens, non omnib⁹ pollicebatur.

Verūm hoc cōcessit Saturnius, abnuit illud.

Nam iusta vota per os fenestrā sursum admittebat, ada-
missa ad dextram statuens. Rursum in qua remittebat, irri-
tā, statu deorsum redicens, ne poſſent ad cōclūm accede-
re. Super uno quod am voto videbam illum etiā ambigen-
tem. Etenim cūm essent duo, qui diuersa peterent, et qua-
les victimas pollicitantes: non inueniebat vtri potius ana-
nueret. Itaq; iam Act. I. lemicon illud illi accidebat, ut nihil
statuere poſſet. Verūm exemplo Pyrrhonis suspensus ha-
rebāt etiam, ac considerabat. Porro cūm iam satis vota
proponentibus dedisset operam, ad proximam digressus
sellam, et ad secundū fenestram, prono capite, foedera-
loq; ferientibus, ac turantibus dabit operam. Vbi his quoque
responſo

D. ERAS. ROT. INTERP.

39

reſponſum eſſet, ac Hermodorū Epicureum fulmine com-
minuifet: ad proximā deinde ſellam ſeſe tranſtulit, de di-
uinationib⁹, omnibus, et augurijs auditurus. Hinc ad ſa-
crificiorū fenestrā tranſiſt, per quam fumus ascendens,
denunciabat loui nomē vniuſciusq; qui rem diuumam fa-
ceret. Rursum omiſſis hiſis, ventis et horis mandabat, que
ſaccre deberent. Hodie apud Scythes pluio, apud Libyes
fulgurato, apud Græcos ningito. At tu Boreā ſpira in Ly-
cia, Tu Nore q̄utesce, Zephyrus Adriani yndiq; concitac.
Tum in Cappadociam grandinis huius modi diſpergatur.
Tandem omnibus ferme ordinatis, diſcedebamus in eura
locū vbi cōpotant ay. Iam enim cōcētēt pūs erat. Meq; temeq;
Mercurius arreptū iuſſit accūbere iuxta Panem, et Co-
lybantes, et Attim, ac Sabazium, inquiliños iſtos et an-
cipites deos. Interea panem exhibebat Ceres, Bacchus
vñū, Hercules carnes, myrrha Venus, Neptunus Mēnis
des: ſimiliter interim et ambrosiam, et in clārū furtim dega-
ſtabam. Nam optimus ille Ganymedes, et eſt hominum
amans, ſi quando conſpexiſſet touem auerteret oculos, ne-
ctaris cyathū vnum, nonnunquam etiam duos mihi inſu-
debat. Dij verò que admodum alicubi dixit Homerus,
et ipſe opinor, ut ego illi conſpicatut, neq; frumentum
edunt, neq; potant nigrantia vina, verū Ambrosiam ap-
ponunt, et nectare inebriantur: p̄cipue verò gaudent
veſci ſacrificiorū ſomio, vñā cum ipſo nidore, ſubuolan-
te: ad hęc ſangume vītimarū, quem ſacrificantे oris
impinfundunt. Ceterū inter cōnandum, et Apolio cithas
ra canebat, et Silenus Cordacem saltabat, et Muſe ſur-
gentes in medium, tum Hesiodi Theogonias pobis caneb-
ant, tum primam ex Pindaricis hymnis odaam: deinde
omnium

LVC. ICAROMENIPPVS
omnium satiri requieuitus, quo quisque sederamus loco, & ut
satis vidi potu.

At reliqui noctem diuiq; hominesq; per omnip

Dormabant, me nequaquam sopor altus habebat penitentia

Verum mecum animo versabam, cum alia permulta, tum
illa precipue, qui fieret, ut Apollini tanto iam tempore
non proueniret barba, aut quo pacto nasceretur nox in
caelo, quum sol semper adesset, vnaq; conuiuum agita-
ret. Ac tum quidem pusillum obdormis. Mane vero sur-
gens iupiter, iussit indici concionem: mox cum adessent
omnes, sic farier infit: Ut vos conuocarem, in causa fuit
hostes hic, qui heri aduenit: verum quum alioqui iam
olim mihi fuerit animus communicare vobiscum de phi-
losophis, maximè vero à luna, hisq; de quibus illa queris-
tur, commotus, statui haudquam diutius prorogare
consultationem. Est enim hominum genus, quod non ita
pridem in vita fluitare coepit, iners, contentiosum, glo-
riæ audum, iracundum, gule studiosum, stultum, fastuo-
sum, contumeliosum: et ut verbis Homeris dicam:

Telluris mutile pondus.

Isti igitur in sectas diuisi, ac varijs rationum labyrinthis
excogitatis, alijs se Stoicos appellant, Academicos alijs,
alijs Epicureos, alijs Peripateticos: alijs item vocabulis,
his multò magis ridiculis. Deinde ubi venerandum illud
virtutis nomen induerint: tum adductis in altū supercilijs,
promissaq; barba, sucato habitu obambulant, detestandos
mores secum circumferentes, similimi nimirū istis Tragea-
diarum histriionibus, quibus si personas, stolamq; illam au-
ro sparsam detraxeris, quod superest, id ridiculū est: nemo
pe homunculus septem denarijs ad agonem conductus.

Atqui

D. ERAS. ROT. INTERP. 40

Atqui huiusmodi quum sint, mortales quidem vniuersos
aspernantur, de dijs vero absurdā predicant, contractisq;
cœribus adolescentulorum, quos nihil negotij sit fallere,
nobilem illam virtutem ostentant, & verborū ambiguita-
tes docent, at q; apud discipulos temperantiam semper ac
modestiam laudant, opes ac voluptatem execrantur: cate-
rūm ubi soli, & apud se se esse cœperint, quid attinet di-
cere, quantopere se se ingurgitent, quām immodi ci sint ad
Venerem, quemadmodum autem etiam assūm fordes ob-
lingunt. Nam illud est omnium gratissimum, quod cum ipsi
nihil agant, neque publicum, neque priuatum, sed inutiles
ac superuacanei desideant:

Nusquam in consilijs, nusquam numerentur in armis, Tamen reliquos accusant, ac vitulentis quibusdam dis-
Etis congerentes, neque non maledicta quedam meditati,
obiurgant, proximusq; conuiciantur. Adeò ut in inter-
eos primas tenere videatur, qui clamofissimus sit, & im-
pudentissimus, & ad maledicendum audacissimus. At sa-
né si quis istum sine fine ista facientem, vociferantem, &
ceteros incusantem percontetur ad hunc modum: Tu
vero quid tandem facis? Aut quid per deos dicemus te
ad vitam conferre? Nimirum respondebit, si modò recta
veraq; fateri volat, hoc modo: Nauigare quidem, aut
agros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi,
superuacaneum tibi videtur. Ceterum clamo, squa-
leo, frigida lauo, incalceatus per hyemem obambulo,
ac veluti Momus ille, que ab alijs geruntur, calum-
nior. Ac si quis diuitium sumptuosius obsonarit, aut ami-
cam habeat: id exquirro, atque indignor. Quod si amico-
rum quissiam aut sodalium, morbo decunbat, eura'que
& obsequio

Ex obsequio egeat, id ignoro. Hoc genus sunt nobis & dij hæ pecudes. Iam verò qui ex his vocantur Epicurei, vehementer sunt etiam cōtumeliosi, neq; mediocriter nos mordent, affirmantes neq; dijs esse curæ res mortaliū, neq; omnino considerari à nobis quid apud illos agatur. Quas ob res tempus est, ut de his ~~consilientiis~~ propterea quod si semel valcent hæc persuadere ijs qui sunt in vita, non mediocriter esurietis. Quis enim pōst vobis rem diuinam faciat, cūm nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus luna hos accusat, omnes audistis heri narrantem hos spitem. Super his consultate, quæ pariter & hominibus sint quām utilissima, & nobis quām minime periculosa. Hæc locuto loue, frequens adfremebat concio: mox clamatum est ab omnibus, effulmina, exure, comminue, in basrathrum, in tartarum, ut gigantes. At Iupiter rursum īdicto silentio, fient ista, inquit, quemadmodum vultis. Omnes communuentur cum ipsa sua dialectica. Quāquam in præsentia sanè fas non est punire quenquam. Est enim Hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses. Iamq; in ducias promulgauit. Itaque proximo anno, ineunte vere, malī male perdentur formidando fulmine:

Sic ait: atq; supercilij pater annuit atris.

Porrò de Menippo hæc mihi videntur, inquit, ut adems p̄tis illi alis, ne quando denuò redcat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc loquutus demisit cōctum. Me verò Cylleñius dextra aure suspenſum, heri circiter vesp̄eram depositus in Ceramico. Audisti omnia, omnia ins quam Amice, quæ ē celo mecum adfero. Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philosophis in Pœcila in ambulantibus.

TOXARIS

41

**TOXARIS SIVE AMICITIA, DIALOGVS LVCIAI
DES. ERAS. ROTERO, IN-
TERPRETE.**

INTERLOCVTORES, MNESIPPVS
Græcus, TOXARIS Scythæ

MNESIPPVS.



VID ait Toxaris: Sacrificatis Oresti ac Pyladi vos Scythe deosq; esse illos creditis? T O X A R I S. Sacrificamus Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen deos esse arbitrati, sed viros bonos. M N E S I. An verò mos apud vos, etiam bonis viris posteaquam vita defuncti sint, perinde ut dijs sacra facere? T O X A. Non istuc modò, rerum eosdem festis diebus, ac celeribus conuentibus honoramus. M N E S I P. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neq; enim quo benevolentiam illorū conciliatis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam sint mortui. T O X A. Nihil officiat fortassis, si & eos qui mortui sunt, propitiatos haberemus: quanquam non ob id tantum hæc facimus: quin magis existimamus nos rem vehementer conducibillem & his, qui in vita sunt, esse facturos, si præstantium virorū memoriam celebremus, honoremq; habeamus ijs, qui vita defuncti sunt. Siquidem hac ratione futurum arbitramur, ut multi apud nos illorum similes euadere cupiant. M N E S I P. Ita quidem recte iudicatis: at Pylas

G deng

LVCIANI TOXARIS

dem atque Orestem quo nomine potissimum suspexisisti,
vt dijs eos & quauceritis: idq; adeo q; um hospites robis
essent: vel, quod grauius, hostes? Quippe poste aquā nau-
fragio electi ab ijs, qui tum Scythiam incolebant, essent
comprehensi, abducti q; , vt Diana immolarentur: aborti
carcerarios, neq; non oppressi excuti ijs, et regem trucia-
darunt, et assumpta sacerdote, quin ipsa quoq; Diana sus-
blata, nauigio se se propulerunt, irrisa publica Scytharū
lege. Quod si ob istiusmodi facta honorem habetis viris:
facilē affecuti fueritis, vt multos illorū similes reddatis.
Iamq; ipsi ab hoc die usq; ad prisca illa respicie: num vos
bis expedierit multos in Scythia Orestes ac Pylades ap-
pellere. Nam mihi guidem isto pælo mox futurum vide-
rur, vt religionis ac deorum expertes reddamini: dijs qui
reliqui sunt, ad eundem modum ē regione restra in exis-
tium ablegatis: postea, opinor, deorum omnium vice, vis-
ros, qui illos electum venerant, diuinitate donabiliis: et
qui sacrilegi in vos fuerunt, ijs tanquam dijs sacrificabi-
lis. Quod si nequaquam horum gratia Orestem ac Pyla-
dem colitis, sed aliud quippam Toxaris in vos beneficij
contuleruni: qua gratia quum olim non esse deos iudica-
ueritis, nunc ē regione, sacra illis facientes, deos esse de-
creuistis? Et qui tum parum aberant ut victimæ fierent,
ijs nunc victimas offeritis? Enimvero ridicula videantur
ista, et cum his que quandam statueratis pugnantia.
TOXARIS. Et ista quidem Mnesippe preclara sunt virorum
illorum facinora, que commemorasti: videlicet duo quum
essent, tam ingentem ausum audere, vt tam procul a sua
patria profecti, mare transmittenterent, Gracis ad id usque
temporis intactum, nisi solis his, qui Argo in Colchidem
traiecerunt

D. ERAS. ROT. INTERP.

42

traiecerunt exercitum: nihil expuefacti, neque fabu-
las, que de illo feruntur, neq; appellationem veriti, quod
inhospitum vocaretur, videlicet, opinor, quod feræ vnde-
dice gentes accolerent: deinde quum iam capti essent,
usque adeo strenue sese gesserint, neque sat habuerint, si
tantum nictum est evaderent, nisi et à rege acceptam
contumeliam vlti, et Diana sublata ad nauigassent. Quid?
an non admiranda hæc, et que diuino quodam honore
digna iudicent, quicquid est hominum, qui virtutem su-
spiciunt? Quanquam non ista spectantes in Oreste ac
Pylade, pro heroibus illos habemus. MNESIPPE. Atqui
iam dices, quid nam præter ista suspicendum patravit
atque diuimum? Nam quantum ad nauigationem et pe-
regrinationem attinet, non paucos profectò diuimiores
istis ostendero negotiatores, atque inter hos præcipuos
Phœnices, qui non in Pontum, neque ad Maeotidem usq;,
aut Bosporum tantum enauigant, verum quaquā versus.
Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi siquidem
omnem oram, et omne littus (vt ita dixerim) perscrutati
in annos singulos, extremo demum autumno in suam
patriam reuertuntur: quos scilicet ad eandem rationem
pro dijs habeto, idque etiam si complures eorum caupo-
nes ac saltamentarios esse reperies. TOXARIS. Au-
di nunc, ò vir admirande, considera: quanto nos, qui bar-
bari vocamur, rectius vobis de bonis viris sentiamus.
Si quidem in Argō, atque Mycenis ne sepulchrum qui-
dem ullum insigne videre est Orestis ac Pyladis, apud
nos vero et templum ostenditur, ambobus illis commu-
niter sacrum (ita vt par erat amicis) et hostiae offerun-
tur, reliquis que omnis bonos. Porro quod hospites
taui
ner

LUCIANI TOXARI^s

erant, non Scythe, id vero nihil obstat, quo minus boni viri iudicentur: neque enim perpendicularis cuiates sint viri honesti ac probi: neque multdemus, si cum amici non fuerint, res egregias gererunt. Quin magis admirantes ea que patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod autem portissimum itupentes in illis viris efferrimus, illud est, quod nobis visi sunt amici inter se longè optimi extitisse, atque alijs exemplo fuisse, quasiq; legem statuisse, quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam, simulq; promes ruisse, ut à Scythis, qui in amicitiae laude primas tene rent, solerentur. Itaq; quecunque alter cum altero, vel alter pro altero fuit, et maiores nostri descripta in columna æreare posuerunt in templo Orestis, ac leges statuerunt, ut ea columna prima esset institutio, disciplinaq; liberis suis, si meminissent, que in illa essent adscripta. Itaque penè patris quisque sui nomen citius obliuisceretur, quam res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin et in portico templi eadem quecunque in columna nontantur, priscorum picturis adumbrata visuntur. Nempe Orestis vna cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorum naue comprehensus, et ad victimam adornatus, iamq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerso verò in altero pariete idem iam vinculis exutus depictus est, ac Thoantem occidens, multosq; ex Scythis alios. Postremò soluentes, abducta Iphigenia, ac dea. Porro Scythe frustrà scapham adoriantur iam nantem, hærentes guberniculis ac descendere conantes. Deinde re frustrà tentata, alij quidē ex eis saucij, alij verò eius rei metu cōpulsi, natatu semet in solum recipiunt, ubi vel maximè licet

D. ERAS. ROT. INTERP. 43
 licet perspicere, quautam alter in alterum benevolentiam præstiterit in conflicitu cum Scythis. Fecit enim pia stor yrung; de hostibus in iheret ruentibus securū, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurtere conant̄, pro nihiloq; ducent̄, si intercedat ipse, modò seruit amicū, vel suo ipsis corpore præueniens, excipiensq; ictus in illum intentos. Iam verò tantam illorum benevolentiam, atque in rebus tristibus communtonem, fidem, humanitatem, veritatem, deniq; constantiam alterius in alterū amoris, hæc haudquaque humana putauimus esse, verū animi cuiusdam præstantioris, quam pro more vulgarium istorum mortalium, qui donec secundus ventis nauigatur, amicis indignantur, nisi ex aequo particeps sicut perum letarum: quod si vel pauculum eis venti reflare coepirint, aufugiunt, solos in periculis deferentes. Enimvero vt ex illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scytha, neque est in quo Seytha magis glorietur, quam in adiutandis amicis, communis nicandisq; rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius ullum, quam amicitia desertorem videri. Hæ ob res Orestem, ac Pyladem veneramur, quod præstantes extiterint in Scytharum virtutibus, atq; in amicitia præcellentes, id quod nos omnium maximè admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis impo suimus, vt Coraci vocentur, quod quidem nostram lingua perinde sonat, ac si quis dicat: dij amicitia præsides. MNESIP. Hui Toxaris, profecto non archi modò valuerunt Scytha, bellicisq; in rebus cæteris antecelluerunt, verū videntur et ad orandum, persuadendumq; omnium aptissimi: unde mihi quum dudum fecus videver-

tur, nunc eidem merito fecisse videbimini, qui sic Orestem ac Pyladem in decorum numerum retuleritis. Verum illud me fugerat vir optime, quod pictor quoque bonus esset. Admodum enim evidenter ostendisti nobis, que sunt inter Orestis templo, picturas, pugnamque virorum alterius; pro altero suscepit vulnera. Tametsi noui putaram amicitiam vestram adeo cultam fuisse quondam apud Scythes, magis autem quod barbari essent, atque agrestes similitate quidem ira, rabieque perpetuo committi amicitiam vero, ne in familiariissimos quidem exercere solitos: idque coniiciens, quem ex aliis que de illis audimus, tum ex hoc quod progenitores suos vita defunctos devorant.

TOXA.

An nos Grecis quum aliis in rebus stum in his que ad parentum attinent cultum, sanctiores, magisque prius sumus, in presentia trum haud quicquam contendemus. Quod autem nostri amici longe fideliores sint amicis Grecis: quodque amicitia ratio major apud nos, quam apud vos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Grecorum, ne tibi molestum sit audire, si que per se pessimi, dixero, multum iam temporis apud vos versatus: vos enim mibi videbimini praeclarissimi ceteris de amicitia, verba posse facere, vim vero factaque illius, atque non solum pro sermonum dignitate non exercere, ut sat vobis sit praedicare eam, et quantum sit bonum, ostendere. At ubi res uenit, deficientes a sermonibus, riecio quomodo, est medio negotio ausfugitis. Ceterum quum Tragedi in scenam progressi, istiusmodi amicitias vobis representant, plerique laudatis, atque applauditis, ac pro se mutuo periclitantibus illis lacrymatis, ipsi vero nihil dignum laude pro amicis praefare audeo. Quin si quando fortis accidat, ut regat amicus, ibi pro-

timus non secus atque insomnia, procul auolantes euanscubus vobis multe ille tragediae, vosque similes relinquunt in annibus istis, ac mutis personis, que diductor ritu, atque immunitate biantes ne minimū quidem loquuntur. At nos est diuersus, quod sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in presentia nostra eaque procedimus. Quare si videtur, ita in presentiarum agamus, priscos illos amicos valere sinamus, si quos vel nos, vel vos ex his, qui olim fuere, recensere vallemus, quando ista quidem parte vos nimur superauersitis, complutibus ac prauibus adductis testibus, nempe poëtis, qui Achillis et Patrocli amicitiam, tum Thesei Perithoemque non aliorum necessitudinem, pulcherrimis versibus, carminibusque contexuerunt. Quin paucos quosdam in medium adseramus ex his, qui nostrum ipsorum memoria fuerint, atque eorum res gestas exponamus. Ego quidem Scythicas, tu vero Graecicas. Et in his uter superarit, melioraque prouixerit amicorum exempla, is est vicitur esto, ac suam ipsius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honestissimumque certamen decertarit: adeo ut ego quidem non paulo malum mihi in singulari victo certamine dextram amputari (nam ea est apud Scythes victo pena) quam in amicitia quopiam inferior iudicari, presertim Graeco ipse Scytha quum sim: M N E S I P. Quanguam est haud medicis negotij, cum viro, ita ut tu es, bellator, singulare certamine congregatum agmodum instructo missilibus ac penetrabilibus narrationibus, haud tamen usque adeo ignarus, tanctio uincersam de seruus Grecum, tibi cesseret. Etenim vehementer absurdum fuerit, quum duo illi tantum vicerint Scytharum, quantu fuisse declarant tum fabule.

LUCIANI TOXARIS

sum retusus vestre picturæ, quas paulò antè scitè admis-
dum representabas, Græcos omnes, tot nationes, tot ci-
uitates, nullo defendantे vinci abs te. Nam isthuc si fiat,
non dextram, quemadmodum apud vos solet, sed linguan
execari conueniat. Sed utrum spectare nos bōportet, nū
merum ne cōrūm, que amicè quis gesserit, an magis quo
plures alteruter amicos referre poterit, hoc victoria di-
gnior videbitur? **T O X A.** Nequaquam, imò non multi-
tudine vīs horum spectetur, verum sequā tu nō habē fas
ta, his quæ narrabo, videantur præstantiora, magisq; pe-
netrantia, tum nimirū etiam si numero pāria sint, oppor-
tuntora magisq; letalia mihi facient vulnera. Ac penè me-
met ad ictus accommodabo. M N E S. Probè loqueris. Sta-
tiuimus igitur quot erunt satis. **T O X A.** Mihi quidem sa-
tis fore videtur, si uterq; quinq; narrat exempla. M N E S.
Itidem mihi videtur, ac prior dico, verū adiuratus, ni-
mirum non nisi vera dicturum, alioqui fingere eiusmodi,
non admodū fuerit difficile, palam autem reselli non que-
ant. Porro si iuraris, nefas sit non habere fidem. **T O X A.**
Iurabitur, si quid etiam iurejurando opus esse censes.
M N E S. At quis tibi è dijs nostratis, num satisfaciat
Iupiter Philius? **T O X A.** Et maxime. Ego quoque
tibi nostratem iurabo, me apte in lingua. M N E S. Te-
sis igitur esto Iupiter Philius quecumque dicturus sum
apud te, eam nimirū vel quæ viderim ipse, vel quæ ab alijs
quo ad fieri potuit, diligenter, perceperim, narraturū,
nihil ex meipso commiscentem, alleuantemq;. Ac pri-
mo quidem loco, Agathoclis Dinięq; amicitiam referam,
quæ apud Ionas est celebratissima. Nam Agathocles hic,
qui Samius fuit, non ita pridem vixit, vir in amicitia qui-
dem

D. ERAS. ROT. INTERP.

43

dem precipuus, ita vt re declarauit: ceterū reliquis in
rebus vulgō Samiorum nibili præstantior, neque gene-
re, neque ceteris item opibus. Huic cum Dinia Ephesio
Lisionis filio, amicitia à puero intercesserat. Porro Dis-
nias supra modum ditatus est, & quemadmodum solent
ū, qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum
habebat, satis quidem idoneos illos, & ad compotandum,
& ad voluptariam consuetudinem, ab amicitia verò lon-
ge alienissimos. Atq; inter hos interim habebatur Aga-
thocles, conueniebatq; & compotabat illis, non admo-
dum approbans eam viuendirationem. Dinias autem nī
bilo hunc potiorem habebat, quam ceteros adulatores.
Tandem etiam offendere coepit, crebrius obiurgans, mon-
lestusq; videbatur, quippe qui admoneret cum maiorum,
præcipiteretq; vt seruaret, que multò labore parta, pater
illi reliquisset, adeò vt ob hac ne ad comedationes quidē
illum demecep adhiberet, sed solus cum illis comedaretur,
celare cupiens Agathoclem. Demum ab assentatoris
bus illis misero persuasum est, quòd adamaretur à Char-
iclea Demonactis uxore, viri illustris, atq; inter Ephe-
sios in honoribus ciuilibus primarijam & literulæ à mu-
liere ad illum ventitabant, & ferta semimarcida, & man-
la quedam admorsa: denique quicquid ad hac lena man-
chinantur in adolescentes, quòd paulatim illis amorem ar-
tibus quibusdam inserant, primumq; hac incendant opis
nione, quòd se credant amari. Nam plurimum illicit &
hoc, presertim eos, qui sibi formosi videntur, donec im-
prudentes in cassis incidentur. Erat autem Chariclea vr-
bana quidem & elegans muliercula, at supra modum me-
reticia, semperq; illius, quicunq; forte adjisset, etiam si

LUCIANI TOXARIS

quis admodum leuiter concipiueret: quin si vel aspersiones duntaxat, protinus adnuebat, nec vlo pecto metuendum erat, ne quando recusaret Chariclae: admirabilis autem alioqui artifex, quauisq; meretrice doctior alicere amatorcm, & ambiguus quvm adhuc esset, totum subigere: at quis iam teneretur, incitare, ac magis magisq; accensdere, nunc ira, nunc blandimentis: ac mox fastidio: deinde iniecta suspiratione, quasi ad alium sese deflexura esset: postremo omni ex parte egregie doctora erat mulier, & absoluta, artibusq; omnigenis in amantes instructa. Hanc igitur tum Diniti adulatores accersuerant in adolescentulum: multaq; ad simulabant, quo cum in amorem Chariclae impellerent. Illa porrò quæ complureis iam adolescentes iugularat, & innumerabiles amores fuerat mentia, domosq; opulentas cuerterat: varium quoddam, atque inexpugnabile malum: ubi nocta manibus est simplicem, & huiusmodi artium imperitum adolescentulum, haudquas quam amitterebat ex ruginibus: sed undiq; oppugnans, tentansq; , ubi iam omium esset compos, tum ipsa dum capteat, capta periret, tum infelici Diniti innumerabilium mālorum extitit causa. Nam primum quidem statim literulas illa ad illum dat: ac subinde misitat ancillulam, quæ renuntiaret ut fleret, ut vigilaret: postremo ut misera p̄ amore suffocatura esset sese: donec iam beatus ille persuasus, sibi formosus esse rideretur, atque Ephesiorum viroribus praeter ceteros adunabilis. Ac tandem in congreßum adductus est multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat conjectura, fore ut caperetur à muliere formosa: ad voluptatem congregredi docta: & in loco flere: & inter loquendum miserabiliter suspirare:

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 46
 suspirare: et iam abeuntem amplecti: & adeunti obuiam occurrere: ex formam colere, sic ut maximè placitura esset: interdum vel voce, vel cithara canere: quibus omnibus in Diniā iusta est. At ubi sensit excruciarī, iam que amore illaqueatum, ac sub iugum esse factū: aliud ad hec excoxitat, quod miserum subuertat: gravidam se ex eo sis mulat (nam hoc quoque efficax ad magis ac magis inflammandum stultum amantem.) Neq; postea commeabat ad illum, affirmans à viro obseruari sese, qui iam amorem persensisset. Hic vero rem iam non ultrā ferre potis erat: neque durare quibat, quū illam non aspiceret: sed lacrimabatur, adulatoresq; ad sese accersebat, ac Chariclae nomen inclinabat: imaginemq; illius amplexus (candido enim lapide fecerat) eiulabat. Demum in solūm abiçiens sese tactabatur: planeq; res extremæ dementiae speciem obtinebat. Siquidem munera redditā sunt mulieri, non pro malorum, aut corollarum pretio: sed solidæ domus, agri, famule, vestes florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lystonis domus antea inter lones nobilissima, exhausta est, atq; exinanita. Deinde ubi iam exuccus esset, eo relicto, alium quempiam adolescentulum Cretensem, bene nummatum venata est, atque ad illum desciuit. Iam videlicet illum adamabat: atque is quidem credebat. Itaque Diniā neglectus non à Chariclae modò, verū etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam desciuerant) abit ad Agathoclem, iampridem non insciūm, qudm illi res miserè haberent. Ac pudescens quidem mitio, tamen exposuit omnia, amorem, egestatiem, arrogantium mulieris, risualem Cretensem: in summa, non victurum sese, nisi cum Chariclae

Chariclea consuetudinem haberet. Ille vero intempestiu
esse ratus id temporis exprobare Diniæ, quapropter ex
amicis vnum sese non admisisset, sed tum quidem assen-
tores suos sibi anteposuisse: diuendita, quam vnam ha-
bebat in Samo, domo paterna, pretium illi attulit talen-
ta tria. Quæ simul atq; recepisset Diniæ, haud clam erat
Charicleæ: rursus subito formosus factus: rursus ancilla
& literula, & expostulatio, quod tā diu sese non adisset:
concurserunt item adulatores applaudentes, vt viderunt
Diniæ adhuc esse quod daret. Cum autem pollicitus esset
sese venturum ad illam, venissetq; primò sc̄e somno es-
setq; intus Demonax Charicleæ maritus: siue quod alio
qui præsenferat: siue de composito, proditione q; uxoris
(nam vtrungq; fertur) exiliens velut ex insidijs, & atrium
iubet occludere, & Diniam comprehendendi, ignem ac fla-
graminitans: neq; nō gladium tangquam in moechum edu-
cens. Ille porro reputans quibus in malis esset: vepte quo
piam de proximo, vt iacebat, arrepto, tum ipsum occis-
dit Demonactem, in tempus adagens: tum Charicleam:
atque hanc quidem non ictu vno, verum etiam & vepte
sepius, & postea Demonactis gladio feriens. At famu-
li interea muti stabant, rei nouitate attonici. Deinde com-
prehendere conati, quū in hos quoque ferro infiliret, ipsi
quidem aufererunt. Dinius autē clām sese subduxit, tan-
to patrato facinore. Et ad auroram usque apud Agatho-
elem diuersabatur, pariterq; , & quæ facta essent repu-
tabant, & quid in posterum esset euenturum, considera-
bant. Ut autē diluxit, milites aderant (iam enim res erat
diuulgata) comprehensumq; Diniam, nec hunc insicantē
homicidium, adducunt ad præfectum, qui per id tempus
Asiam

Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem remis-
tit. Nec ita multo pōst relegatus est Dinius in Gyaron
insulam ex Cycladibus vnam damnatus à rege, vt in ea,
quoad viueret, exularet. Agathocles autē cū reliquis
in rebus nunquam absuerat, tum pariter soluit in Italiam,
& amicorum solus vna est in iudicium comitatus, neque
vſquam defuit officio. Porro ubi iam in exilium profes-
sus est Dinius, ne tum quidē desertus est ab amico. Quim
potius ipsa suapte fronte damnatus versabatur in Gyaro,
simulq; cum illo exulum agebat. At quum iam rerum ne-
cessariarum omnium inopia laborarent, locans seipsum
purpurarijs, vna cum alijs vrimabat, quodq; hinc partum
est referunt, Diniam alebat. Quim & egrotanti diutissi-
mè inseruuit: & ubi vita defunctus est, noluit vnguam
in patriam reuerti, verūm inibi perseverauit in insula, pu-
dori sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deseruisset.
Hoc tibi Grexi factum amici retulerim, quod quidem non
ita pridem accidit, haud enim scio an anni quinq; præte-
rierint, quod Agathocles in Gyaro morte obiit. T O X A.
At utimam iniuratus ista Mnesippe dixisse, videlicet quō
mibi fas esset, eis non habere fidem: Adeò Scythicū quena-
dam amicum Agathoclem istum descripsisti, quim vereor
ne quem & alium isti similem narres. M N E S I P. Audi
iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Retu-
lit autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarenſis, ad-
iurans præfectō se teste rem factam esse. Abi bat enim na-
uigasse sese ex Italia Athenas, circuerit Eritaeum occi-
sum, collectios quosdam homines videntem, in his suis
se Euthydicum, vnaq; cum hoc Damonem Chalcidensem
eiusdem amicum. Ac natu quidem eos æqualem fuisse: vca-
rum

vrum Euthydicum valentem, robustumq; Damonem contraria, sub pallidum atque valetudinarium, quasi qui nuper (vt apparebat) ex diurno morbo reualuisse. Itaque ad Siciliam usque feliciter siebat Simylus nauigasse ipsos. Ceterum ubi transmisso fredo, in ipso iam tomo mari nauigarent; tempestatem maximam eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre, immanis quasdam procellas ac sinuosas, tum grandines, & si que alia tempestatis mala? Ut verò iam haud procul abessent à Zacintho, nudi nauigantes antennae: preterea & funes quosdam trahentes, quò nimurum vim, impetumq; fluctus exciperent; circiter noctis medium, Damonem, qui in tanta iactatione nausearet, vomuisse in mare propendente. Deinde ut coniicio nave vehementius in eam partem, in quam ille propendebat, inclinata, simulq; propellente fluchi, excedisse eum prono capite in pelagus: neq; nudum tamen videlicet ut misero vel nature commode liceret, Mox itaque sucllamasse quum præfocaretur, vixq; sese ab undis sustolleret. Porro Euthydicum simulq; audisset (nam fortè fortuna nudus in strato tum erat) abiecisse se met in mare, arreptoq; Damone, qui iam deficiebat (diutius enim ista videri poterant, luna scilicet relucente) rùta iuxta illum nasse, ac subleuasse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese miseratos virorum calamitatem, verum ne quissee quod vento præualido raperentur. illud tamen fecisse, subera complura ad illos protecisse, tum ex contis aliquot, ut ab his suspensi natarent, si quem fortè ex eius nanciscerentur, postremò scausaria quoque tabulata, que quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos, quod aliud grauius benevolentia documentū quis-

quam

quam edere queat in hominem amicū, qui noctu decidisset in mare, vsque adeò saeuens, quām communicata morte? lam' que adeò n. hi ante oculos pone imminentes procellas, fragorem aquæ sese adglomerantis, spumam undique effervescentem, noctem, ac desperationem. Ad hæc illum iam præfocari incipientem, vixq; undis extansum, manusq; porrigentem amico: hunc autem incontanter insilientem, simulq; nantem, prorsusq; sollicitum, ne se prior Damon interiret. Sic enim profecto cognoscet, quod haud ingenerosum hunc quoq; amicū, videlicet Euthydicum, retulerim. T O X A. Vtrum perierunt viri Mnesippe, an salus quaepiam ex insperato illis contigit? Adeò ego illis non mediocriter timui. M N E S I P. Bono animo es Toxaris, seruati sunt, quin hodieq; Athenis agunt, ambo philosophie dantes operam. Nam Simylus eadem narrare poterat, que noctu videre licuit, hunc desparsum, illum desiliente, simulq; nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere. Porro quæ post hæc acciderint, Euthydicus ipse narrat. Primum quidem, subera quedam fortè nactos, suspendisse de his sese, atque ita hærentes, fluitasse, sanè quam incommode. Deinde ubi tabulata conspexissent, iam sub auroram annasse, consensisque illis commode deinde nantes appulisse Zacinthum. Post hos autem, qui neutiquam mali sunt, ut ego quidem austero, accipe iam tertium, nibilo istis inferiorem. Eu-damidas Corinthius Arethæo Corinthio, et Charixeno Sicyonio amicis vtebatur, & ijs quidem opulentis, quum ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens, testamentum reliquit, alijs quidem fortasse deridiculum, tibi vero, haud scio, an tale sit appariturū, viro probo, & apud quæ amicitia

LUCIANI TOXARIS

etia in pretio sit, quicq; vel cum præcipuis in ea certare queat. Sic enim in eo scriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in senecta souendam; Charixeno verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autem illi mater anus ac filiola iam matura nuptijs. Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem (inquit) alter habebat. Huiusmodi lecto testamento, iij qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant: at amicitiam, quæ illi cum his viris intercesserat, ignorabant, rem pro ludo iocoq; ducebant. Nemo certè aderat, qui non cum risu discederet, quod eiusmodi hæreditatem Aretæus, et Charixenus essent accepturi, felices videlicet, atq; ita aiebant: Si quidem persoluerent Eudamidæ, superstites etiam ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes, quibus ista erant legata, ut audierunt, venerunt illico, agnoscentes rataq; facientes ea quæ erant testamento mandata. Itaq; Charixenus quinq; duntaxat dies superstes, diem obiit. Aretæus autem optimus successor factus, tum illius, tum suo ipsius suscepto onere, et matrem alit Eudamidæ, et filiam non ita prædem elocauit, ex quinque talentis quæ possebat, duobus in propria filiæ dotem, duobus in amici filiam erogatis: Ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit. Quid tibi Toxaris, Aretæus iste videtur, num nam leue amicitiae argumentum exhibuisse, ad ita huiusmodi hæreditate, neque deserto amici sui testamento è an bunc quoque imperfectus idoneisq; calculis ponimus, ut sit unus è quinq; Toxar. Et iste quidem egregius, quanquam equidem Eudamidam multò magis ob fiduciam admiratus sum, qua fuit erga amicos: declarauit enim quod et ipse eadem fuisse

D. ERAS. ROT. INTERP. 49

fuisse facturus erga illos, tametsi non essent ea scripta in testamento, verum ante alios venisset non scriptus talium hæres. M N E S. Probè dicis. Sed quartum iam tibi narabó: Zenothemim Charmolëi, Massilia oriundum. Comonstrabatur autem mihi in Italia, patriæ nomine legalium agenti, vir decorus, procerus, ac diues, ut apparebat. Assidebat illi uxor in rheda iter facienti, quū aliqui deformatis, tum dimidiatis empe dextra corporis parte manca, alteroq; capta oculo, tetricum quoddam, et refugendum terriculum. Deinde quum demirarer, si decorus ille quum esset, ac venustus, susi ineret eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui mihi cum cōmonstrabat, causam expōnit, quare in id matrimonium incidisset: nouerat enim comperte omnia, nam ipse quoque Massiliensis erat. Menecrati (inquit) huius fœdæ patri, amicus erat Zenothemis, viro diuinit ac honorato, ipse ipsis rebus par. Dicim de aliquanto post, facultatibus exutus est ex condemnatione Menecrates, quod tempore pariter infamis, et ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus à sexcentum viris, tanquam qui sententiam iniquā pronuntiasset. Ad hunc autem modum, inquit, nos Massilienses multatus, si quis corruptè iudicet. Graniter itaque screbat Menecrates: primum, quod esset condemnatus: deinde, quod è diuinit pauper: postremò, quod ex nobili repente factus esset infamis, ac retectitus. At præter cetera cum ipsa discruciat filia iam nubilis, ut pote annos nata decem et octo, quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante condemnationem possederat, dignatus fuisse quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quæ tam infelici fuerit forma. Quim et concidere dicebatur.

LVCIANI TOXARIS

Idque circa lunam crescentem. Hec ubi apud Zenothēam deploraret, bono, inquit, animo es Menecrates. Neque enim ipse egebis necessarijs, & filia tua dignum alioquem suo genere sponsum inuenierit. Atque hæc eloquutus, statim apprehensa illius dextra, deduxit domū. Ibiq; opes, que illi multæ erant, partitus est cum illo, ac coena parari iussa, conuiuio accepit amicos, & in his Menecratem, veluti iam è necessarijs cuiquam persuasisset, ut pueram in matrimonium acciperet. Postea quād autem cōiunctum peregerant, libassentq; dijs, tum verò plenum illi calicem porrigens: accipe, inquit, Menecrates, à genero symbolum affinitatis poculum, nam hodie ducluris sum ego filiam tuam Cydimachum, dotem autem iam olim accepi, talenta quinque ex viginti. Illo vero respondente, absit ne feceris, ô Zenothemis, ne'ue ipse vsgueadeò insaniam, vt te neglectum, qui ex iuuenis es, & formosus, conspiciam cum deformi puella, ac debilitata coniugatum. Hæc, inquam, illo loquente, hic sponsam adiunctam tollens, abduxit in thalamum: ac paulò post prodijt, ea deuirginitata, atq; ex eo tempore cum illa viuit, supra modum diligens, & quemadmodum vides, circunscrens eam. Et non solù non pudet matrimonij, verum etiā perinde, atq; glorians de eo, sic ostentat, propterea quod negligit corporis formam ac feeditatem, ad hæc opes, & fastam, tantum amici rationem habet Menecratis, neq; arbitratur eum sexentum virum sententia deteriorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quanquam pro his iam illi gratiam retulit fortuna, ad hunc modum. Puerus enim ei formosissimus ex illa de formissima susceptus est. Neg; diu est, quod collens hunc pater intulit in curiam, frondibus

D. ERAS. ROT. INTERP. 50

frondibus oleaginis coronatum, ac pullis amictum, quod plus miserationis suo conciliaret. At infans arridebat iudicibus, manibus complodebat. Itaque curia commota super illo, remisit mulieram Menecrati, atq; ille iam rei, famaq; restitutus est, eiusmodi patrone vsus apud iudices. Hæc affirmabat Masiliensis Zenoben: in amicis gratias fuisse, aut mediocria, sicuti vides, neque qualia pañim Scythæ factitant, qui concubinas formosissimas summa cura diligere dicuntur, Restat nobis quintus. Neg; verò mihi videor alium quempiam debere dicere, Demetrio Sunensi præterito. Nauigarat in Aegyptum Demetrius, vna cum Antiphilo Alopecensi, qui cum illi iam inde à teneris annis fuerat amicitia, atque ephesus ephesus conuixerat, pariterq; fuerat eruditus, ipse quidem Cynicam disciplinam sequitus, sub Rhodio illo sophista, Antiphilus verò medendi scientiam exercuerat. At hoc temsoris fortè profectus fuerat in Aegyptum, ad spectaculum Pyramidum, Memnonis q; Nam audiuerat illas, quum essent sublimes, umbram non lacere: Memnonem autem vocem edere, ex oriente sole. Harum igitur rerum cipiitate adductus Demetrius: videlicet, vt Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: sextum iam mensem aduerso Nilo nauigabat, relatio Antiphilo, quod is itinere atque aëli defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit, quæ singularem quempiam amicum postularet. Nam puer eius ut nomine, ita & patria Syrus inita societate cum sacrilegis aliquot, vna cum illis in Anubis templum irripuit: sublatoque deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, curvo, & hoc: neque non cynocephalis argenteis, atque id genus alijs: omnia

LUCIANI TOXARIS

apud Syrum deposuerant. Deinde forte comprehensi, (capti enim fuerant, diuidentes nescio quid) rem omnem protimus confessi sunt, districti in rota: deportatiq; vene- runt in aedes Antiphili: ibi res furto sublatas deprome- bant, sub lectica quadam in abdito conditas. Syrus itaq; illico dimictus, vnaq; herus huius Antiphilus: atque is qui dem interea dum praeceptorem audit, auulsus. Nec opitu- labatur quipiam: quin magis hi qui fuerant hactenus amis- ei, auersabantur hominem tanquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset: seseq; impiori credebant, si cum illo bibissent, aut edissent. Porro duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuasantes, fuga discesserunt. In vinculis igitur erat miser Antiphilus multum iam temporis: habitus interim omnium, quantum in carcere erat, sotium scelestissimus. Porro praeceps carceris Aegyptius, homo superstiosus, ratus sese gratum facere deo, atq; illius uictisci vices, grauis Antiphilo imminebat.

¶ Quod si quando defenderet, affirmans se nihil eiusmodi patrasse, impudens habebatur: atque hoc nomine multò etiam magis erat inuisus. Subagrotabat itaq; iam, maleq; habebat: nec mirum: quippe qui humi cubaret, idq; etiam noctu: neg; crura sineretur pretendere, ligno inclusa: nam per diem catasta stringebatur, altera manu vineta ferro: at noctu cogebatur totus in vinculis esse. Ad hæc insuper domicilijs pedor ac præfocatio, multis ibidem vincitis, locumq; angustum præmentibus: adeò ut viri respiratione tum ferri stridor, ac somnus exiguis: hec omnia molesta erant, atq; intoleranda: nimirum homini eiusmodi rerum insueto, minimeq; ad tam durum vitæ genus exercitato. Quum verò iam deficeret ac ne cibum quidem capere posset,

D. ERAS. ROT. INTERP. 51
posset, reuersus est tandem, & Demetrius, nihil dum sciens eorum quæ acciderant. Ut autem cognoverat quo in loco res esset, statimq; curriculo ad carcerem venisset: tum quidem admissus nō est; propterea quod vespera iam esset: & carceris custos iam dudum occlusis foribus dor- miebat, ministris excubias agere iussis. At mane quum esset ingressus, multis videlicet precibus admissus, acce- dens multiō tēpore, querens Antiphilum: quippe malo- rum multitudine sic immutatum, ut cognosci non quiret. Circumiens igitur, è vincis unum quenq; contemplaba- tur: eorum more qui familiarium cadaveria iam marcida fa-cta, requirunt in stragibus. Quod ni nomen fuissest elo- quutus, Antiphilum Denominis filium: ne longo quidem tempore potuisset agnosciri quisnam esset, usque adeò pre malis erat transfiguratus. Ut verò ad vocem agnitam re- spondisset, atq; adeunte illo comam diduxisset: eam à vul- tu abigens sordidam atque impexam, ostendit sese quis esset, Hic ambo collapsi sunt, oculis oborta caligine, in tam incipitato spectaculo. Verùm aliquanto post, postea quam, & ipse sibi redditus, & Antiphilum recipiens Des- metrius de singulis esset illum diligenter percontatus, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato qui- dem induxit ipse reliquum autem illi donat, detractis illi putribus, atque detritis, quibus erat operatus panniculus, atq; ex eo modis omnibus illi aderat: curam eius agens, inserviensq;. Locans enim sese ijs, qui versabantur in portu mercatoribus, à mane ad medium usque diem, one- ribus gestandis non parum lucri faciebat. Deinde ab opes- re reuersus, mercedis partem carcerario in manum da- bat, quod illi mansuetum hunc, ac pacatum redderet. De-

LUCIANI TOXARIS

reliquo tamen, in amici curam affixis suppeditabat. Atque interdum quidem aderat Antiphilo, quo illum consolaretur: ubi verò nox occupasset, pro carceris foribus facto ex herbis thorulo, substratisq; frondibus, acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebant: ut Demetrius nullo vetante ingredieretur, atque ob id militus ferret calamitatem Antiphilum: donec extinto incertere latrone quopiam, idq; ut putabatur veneno: et custodie ex actissime obseruit, neque deinde quisquam admissus in domicilium vinculis liber. Quis ob res dubius, atq; anxius, quem alia via non pateret, qua liceret amico adesse: adito prefecti collegi, scipsum desert, tanto quam in irruptione templi Anubis communè operam addisset. Id si nul. atq; confessus est, abductus est illico in carcerem, ac ductus ad Antiphilum. Nam hoc magnis precibus vix obtinuerat à carcerario, ut proximè Antiphilo, atq; eadem in trabe vinciretur. Hic igitur vel maxime declarauit, quanto in illum fuerit amore, quum sui ipsius incommoda negligeret, cum et ipse interim agrotare: illud autem care haberet, quo pacto fieri posset, ut ille, et qui plurimum dormiret, et minimum angeretur. Atq; ita commodo tolerabant comnuricatis inter ipsos malis: donec aliquanto post, tale quidam accidit, quod finem ferme eorum imponeret calamitati. Siquidem cū vīs etis quispiam, haud scio unde natus liman; adiunctis consuratis captiuorum plerisq; catenam insecuit, qua seriatim erant astricti, Cyphoniibus in hanc insertis, soluit' que omnes. Qui quidem facile trucidatis, quippe paucis custodibus, congregati profiliere. Atque hi quidem illico quo quisque poterat, dissipati: postea pleriq; sunt cōpresēbensi.

D. ERAS. R. O. T. INTERP. 52

henſi. Porro Demetrius, et Antiphilus inibi remanserunt: Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat. Ut autem diluxisset: Aegypti preſes, cognito quod acciderat emisit quidem qui illos insequerentur: accersitus autem ijs qui erant cum Demetrio, soluit a vinculis, collaudatos, quod soli non aufugissent. At illis haudquaquam sat erat ut hoc titulo dimitterentur. Clamabat autem Demetrius, sibiq; non mediocribus in rebus iniuriam fieri prætendebat: si pro maleficio habiti, viderentur vel commiseratione, vel ob id laudis, quod non aufugissent, dimitti. In summa compulere iudicem, ut causam exactius excuteret. At hic ubi reperit, nihil eos commeritos, collaudatos illos Demetrium autem seorsum quoq; admiratus, liberos esse iussit, consolatus super pacna quam tulerant, præter ius in vincula cōdicti. Quinetiam ambos munere prosecutus est, idq; de suo: Antiphilum drachmarum decem milibus, bis tanto Demetrium, Ac Antiphilus etiam nunc quidem in AEgypto est. Demetrius autem sua quoque viginti milia relinques amico, concessit in Indianam, profectus ad Brachmanas, tantum hoc loquutus Antiphilo, merito sibi imm ignoscendum videri quod tum ab eo discederet. Neque enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseueraret esse, qui erat, videlicet qui posset paucis esse contentus: neque illum amplius egere amico, quippe cuius res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici Græci. Quod ni initio notasses, nos tanquam qui verbis nos iact: remus: idē profecto relatus erā tibi cōplures orationes, atq; eas egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: quū interim pro seipso nihil respōderet: Pro Antiphilo verò lacrymas funderet, atq; etiā supplex esset totaq;

LUCIANI TOXARIS

causam in se se recipere, donec Syrus flagris cæsus, ambo eos liberos fecit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primum memoria suscepit, tibi narrauerim præclaros ac firmos amicos. Quid reliquum est, iam decebens à narratione, tibi dicendi partes trado. Tu porro uti Scythas his non inferiores referas, sed longè præstantiores, tibi ipsi curæ fuerit, si quid de extra sollicitus es, ne ea tibi præcidetur. Verum oportet strenuum præstare virum. Etenim res quædam vehementer ridicula tibi contigerit, si cum Orestem ac Pyladem admodum sophistice laudaris, pro Scythia dicens, orator ignavius appareas.

TOXA. Rechètu quidem Miesippe: qui quidem addicendum eti un exhortari: perinde quasi nihil sollicitus sis ne tibi lingua execetur, victo in narrationibus. Sed iam exordiar nihil quidem quemadmodum tu, verbis, phalerans atque exornans (neque enim is Scytharum mos) præseratim quum res ipse longè magis loquantur, quam verba. Nihil autem eiusmodi expectaueris a nobis cuiusmodi in commemorando laudibus extulisti: puta si quis sine dote duxerit deformem mulierem: aut si quis amici filie nubentem pecuniolum donauerit, duo talenta: ac per louem, si quis sponte eat in vincula, quum certò sciat se paulò post esse soluendum. Ad modum enim levia ista: neq; quicoquid inest in his, vel magui negotij, vel virile quod sit. Ceterū ego tibi referam multas cædes, bellaq; et mortes, unicorum causa suscepas, ut intelligas vestra ista luce sum esse, si cum Scythicis conferantur. Neque tamen istuc sine causa facitis, sed meritò parua ista miramini: propterea quod non sunt vobis admodum graues occasio-nes declarandæ amicitie, quippe in alta pace viuentibus.

Quemad-

D. ERAS. ROT. INTERP.

53

Quemadmodum nec in tranquillitate queas scire, bonus sit gubernator, nec ne tempestate enim tibi opus fuerit ad hoc, ut digno cas. At apud nos bella perpetua, et aut inuidimus alios, aut cedimus inuidetibus, aut vbi forte concurrimus, pro pascuis, prædagis pugnamus. Hic potissimum opus est bonis amicus, eoq; quam firmissime constitutimus amicitias, sola haec arma invicta atq; inexpugnabilia esse iudicantes. Prius autem volo tibi commemo rare, quo ritu faciamus amicos, non ex poculis, quemadmodum vos, neque si quis equalis sit, aut vicinus: verum vbi strenuum quempiam virum cōspexerimus, quiq; præclara facinora patrare possit, in hunc omnes studio incumbibus, et quod vos in ambientis coniugij, id nos in amicis non graviamur, du quasi procos agentes, nihilq; no facientes, ne videlicet frustremur amicitia; ne ue reies eti esse videamur. At vbi iam in amicitias cæteris repulsis, delectus est quispam, protinus fœdus imitur, ac insu randum, quod sit maximum: nimur, et viciatos eos pariter, et mortem appetitum, si sit opus, alterum pro altero. Atque ita facimus. Etenim simulatque incisis dlogitis sanguinem in calicem deillauerimus, summisq; intinctis gladijs, ambo pariter admouentes biberimus, non est quoquam quod deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera, ad summum tres. Non qui multis sit amicus, is eo loco habetur apud nos quod communes istæ atq; adultere vxores: arbitramurq; iam non perinde firmam illius amicitiam fore, postea quam est in plures partes dissecta. Exordiar autem ab his, que super Dardanis fecit. Dardanis enim hic in cōflicto cū Sauromatis, quam effet captiuus abductus, eius amicus

H 5

Amicocas.

Amizocas. Quin potius ante tibi iurabo nostrum iusfusandum, quandoquidem isthuc initio sum pollicitus. Non enim per Ventum, & Acinacem, quicquam mentiturus sum apud te de Scythicis amicis. M N E S I P. Evidem tuum iusfusandum haud magnopere desiderabam: proinde recte facis, qui nullum deorum iures. **T O X A.** Quid tu narras? an non tibi videntur esse dij, Ventus, & Acinaces? Adeò ne te fugit, quod nihil sit maius mortalibus vita, ac morte? Per hæc utiq; iuramus, quoties per Ventum, & Acinacem iuramus: videlicet per Ventum, tanquam qui vita sit causa: per Acinacem vero, ut qui mortis sit autor. M N E S I P. Atqui si ista idonea causa est profecto multos alias quoque deos estis habituri tales, qualis est Acinaces: putaculum, lanceam, venenum, funem, atq; his consimilia. Quandoquidem varius est iste deus interitus, atque innumerabiles aperit vias, quibus ad illum sit aditus. **T O X A.** Vide quām contentiose nunc, quamq; litigiose isthuc facis: dum medio sermone interpellasse, excutisq; ac disturbas orationem meam. At ipse loquente te silentium agebam. M N E S I P. Agè, non sum isthuc posthac facturus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge confidenter, quod restat dicere: per inicisci quasi nec ad simum loqueris, adeò tibi si lebo. **T O X A.** Quartus igitur agebatur dies Dandamidi, & Amizocæ, ex quo amicitiam inierat, ac mutuum sanguinem pariter biberant. Venerant interea in regio nem non stran Sauromata, cum equitu decem milibus: pes ditum autem ter tantum aduenisse ferebatur. Il nimirum quum in nos irruissent imparatos, neq; expectantes illorū insitum, omnes quidem cedere cogunt, complures autem repugnantes

D. ERAS. ROT. INTERP. repugnantes occidunt, nonnullos, & viuos abducent, nisi quis effugerat tranans in ulteriore fluminis ripam, ubi nobis dimidiū copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorum, id est, ducum nostrorum, ad utrunque Taraidis ripam. Protinus itaque, & preadas abigebant, & captiuas abducebant, & tentoria diripiebant, & curribus potiebantur, atque ijs plerisque cum viris capatis, & sub oculis nostris concubitus, uxoresq; nostras cōstupabant. Nos porrò rem indignè tulimus. At Amizoca quum duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicum, misere vincetus, simulq; calicis & sanguinis commonefecit. Quod simulq; exaudierat Dandamis nihil etiam contatus, spectantibus omnibus, tranauit ad hostes. Ibi Sauromata densatis telis irruerūt in illum: iam confixuri, nisi succlamsisset: Zirim. Hoc verbi sigilli sonuerit, postea non interimunt, sed recipiunt, tanquam dentem sese pretio redimendum. Moxq; ad illorum ducem adductus, reposcebat amicum: ille redemptionis præmium postulabit. Neque enim prius dimissurum sese, nisi maximum pro illo recepisset. Tum Dandamis: que possebam, inquit, ea omnia à vobis direpta sunt, quod se quid est quod nullus praestare queam, id sum paratus pollaceri vobis: & imperato quicquid voles. Et si ita vis, me ipsum huius in locum recipe, & abutere ad quodcumque tibi lubitum erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te praesertim quum temet dedideris. Quin tu parte eorum que possides tradita amicum abducito. Rogat illico Dandamis, quidnam velle accipere. Ille oculos postulat. Atque hic protinus exhibuit eruendos.

Deinde

LUCIANI TOXARIS

Deinde ubi essent execti, iamq; pretium persolutum esset
Sauromatis, recepto Amizoca, reuersus est iunctens illi:
dnāq; tranantes, incolumes ad nos redierunt. Id factum
animum reddebat Scythis omnibus, neque iam victos esse
rebantur sese, quam riderent, quod apud nos esset bono-
rum maximum id nōdum esse abductum ab hostibus; ve-
rum superesse egregiam mentem, et in amicos fidem.
At idem Sauromatis formidinem non mediocrem incaute-
bat: reputantibus eum cuiusmodi viris, si se præparassent
essent pugnaturi: tametsi tum quidem ex improviso su-
perassent: proinde sub noctem relictis maxima ex parte
pecoribus, incensisq; curribus fuga sese subduxerunt.
Porro Amizoca non tulit diutius, ut rideret ipse, amico
ecco Dandamide, sed ipsus semet exoculauit. Atque
ita sedent ambo, omniq; honore à populo Scythurum pu-
blicitus aluntur. Quid tale Mnesippe vos referre pos-
setis? Etiam si quis tibi donet, ut possis vel decem alios
ad istos quinq; adiungere: etiam citra iuslurandum si ita
vis, ut et multa licet affingere? At ego tibi rem nu-
dem exposui. Tu vero si quem talem narrasses, non sum
nescius, quantas adornande rei gratia phaleras narratio-
ni fueris admixturus: quemadmodum supplicariit Danda-
mis: et quomodo sit exceccatus, et que dixerit, et quo
pacto redierit, et quemadmodum excepterint eum Scya-
thæ adgratulantes, beneq; omniantes, atq; id genus alia:
cuiusmodi vos ad demulcendas aures soletis artificio quo-
dam addere. Audi igitur, et alium huic parem Belittam
huius Amizocæ consobrinum. Is ut detrahitum ex equo
& Leone Basthen amicum confexisset: nam fortè simul
erant in venatu: iamq; leo circumplexus illum, iugulo
admotus

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 55
admotus esset, atq; vnguis laniaret, desiliens, et ipse,
inuoluit in tergum belue, reflexitq; in sepe prouocans
auertensq; atque inter dentes digitos inferens, conatus
quoad licuit, Basthen è rictu leonis eximere, donec leo
amisso illo iam semimortuo, ad Belittam sese conuertit,
atque ipsum quoque circumplexus occidit. At ille mo-
riens (nam tanto anteuerit) acimacem in leonis pectus des-
fixit. Itaque pariter exanimati sunt omnes: nos autem
sepeliumus eos, duobus aggestis tumulis inter se vicinis:
altero amicorum, altero è regione leonis. Iam tertiolos.
eo tibi referam Mnesippe, Macente, Lonchate, et Ara-
sacome amicitiam. Hic enim Arsacomas deperibat Ma-
zæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosporo: tum
quum legatione fungeretur super tributo, quod Bospori-
ni semper nobis pendere soliti, id tēporis tertium iam mē-
sem ultra diem, legitimū distulerant. In coniuio igitur
quum Mazæam vidisset proceram atque decoram virgi-
nem, amore captus est, grauiterq; discruciatibatur. Iam itaq;
qua de tributis agebantur, erant transfacta: responde-
ratq; illi Rex, coniuicioq; accipiebat, mox illum dimissua-
rus. Est autem mox in Bosporo, uti proci in coniuio pes-
tant puellas, narrantes quinam sint, quibusq; rebus fre-
ti, decreuerint eas in matrimonium accipere. Atque id
temporis forte fortuna multi aderant in coniuio proci,
rcges, ac regum filij: in his erat et Tigrapates Laz-
rum princeps, et Adyrmachus Machlynæ dux, alijsq;
cum his permulti. Oportet autem vnumquenq; procum,
posteaquam exposuit quis sit, et qua fiducia ad ambien-
das nuptias accesserit, coniuari cum reliquis, tacitumq;
accumbere. Deinde peracto coniuio, postulata phida,

LVCIANI TOXARIS

vimum in mensam effundere, atque ita sponsam ambi-
 re, multum interea collaudantem sese, quo genere, quis
 bus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modum cum
 multi iam libassent, postulassentque regna, et opes com-
 memorantes: tandem Arsacomas, postulata phiala, non li-
 baui (neque enim nos apud nos vimum effundere, quin ma-
 gis contumelia ista esse iudicatur in deum) sed haustim bis
 bens: Da mihi Rex, inquit, filiam tuam Mazaeam uxo-
 rem, qui multò sum potior istis, quantum ad opes ac pos-
 sessiones attinet. Leucanore vero admirante (sciebat
 enim Rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scytharum
 esse) percontanteque quantū pecorum, aut quantum habes
 plaustrorū Arsacoma: nam ijs rebus vos diuites estis. Imò
 nec plaustra, inquit possideo, nec armenta; verum sunt mis-
 hi duo amici: honesti probiq; quales alij Scytharū nemici.
 Ac tum quidem ista dicens, risus est, contemptuique
 habitus, visuque temulentus. Mane vero reliquis prælatus
 est Adyrmachus, iamque sponsam abducturus erat in Mac-
 tidem ad Machlyenses. Però Arsacomas denum rever-
 sus, amicis indicat, quemadmodum reictus esset à Rege,
 risuque habitus in conuiuio, quum pauper esse putaretur.
 Atqui dixeram, inquit, illi quantas haberem opes, nempe
 vos, ô Lonchata, atque Macenta, vestramque benevolentiam
 longe præstare, multoque summiorem esse Bosphoranorū op-
 bus. Verum hæc diceniem, me subsannauit, contemptuque:
 Adyrmacho scilicet Machlyensi tradidit affortan-
 dam sponsam, quod aureas phialas se diceret habere de-
 cem, præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad
 hac oviū boumque multam copiam. Sic videlicet antetulit
 fortibus viris pecorum multitudinem, operosa pocula,

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 55

et currus graues. Proinde, ô amici, dupliciter excrucior-
 nam et Mazaeam amo, et iniuria mihi inter tantum bon-
 um illata, non mediocriter mordet animum meum. Ar-
 bitror autem, et vos ex aequo iniuria affectos esse. Etenim
 ad unumquemque nobis tertia contumelie pars pertine-
 bat: si modò ita viuimus, quemadmodum ceperimus quum
 coniungere murum: nimirum ut unus homo simus, ipsis dolē-
 tes, ipsis gaudentes. Imò, inquit Lonchates, unusquisque
 libet è nobis totus iniuria officiebatur, tum cum in te ista
 fierent. Quomodo igitur (inquit Macentes) his in rebus
 agemus? Per partes, inquit Lonchates, negotium susci-
 piamus. Atque ego quidem recipio Arsacomas me caput
 apportaturum Leucanoris. Tu vero sponsam erectam
 huic adducas oportet. Ita fiat, inquit. At tu Arsacoma,
 inter haec (nam his peractis verisimile est exercitu ac belo
 lo fore opus) hic mane, quod contrahas, et appares arma-
 equos, atque aliarū rerū vim, quantam potes maximam. Pa-
 cillime autem plurimos adiunxeris: partim quod ipse stre-
 nuus, partim quod nobis non pauci sunt familiares. Ma-
 xime vero si desederis in tergore bovis. Hæc ubi placuisa-
 sent, hic quidem quantum potuit, recta profectus est in
 Bosphorus, puta Lonchates: alter, id est, Macentes ad
 Machlyenses, eques uterque. At Arsacomas domi manens,
 et cum aequalibus contulit, et ex familiaribus vim homi-
 num armavit. Denū et in tergore bovis desedit. Confusus
 tuto autem de sedendo in tergore bubulo huiusmodi est hunc se
 apud nos. Vbi quis ab alio lœsus est, cupitque vicit, ne-
 que par esse pugna videtur: tum bove immolato, carnes tergore
 frustulatum cōcis, igni torret. Dehinc ipse porrecto hu-
 mi corio, sedet in eo: in tergo reductus manibus, more
 eorum

LVCIANI TOXARIS

erorum, qui à cubitis viacti sunt. Et hoc quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis carnibus, ad eantibus domesticis: prætereā si quis alius relit, quisq; partem sibi sumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur: hic quidem equites præbiturum se quinque suopte cibo, suoq; stipendio: ille decem: alius plures: alius armatos pedites quot possit: atq; qui pauperimus, seipsum duntaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus, & certissima fide coheret, & hostibus expugnatu difficultissimus est: non aliter, quam si iureu-rando esset adactus. Nam in tergum ascendisse instar inrisurandi est. Arsacomas igitur his in rebus procurandis fatigebat: coieruntq; illi equites quidem circiter quinques milles: tum armati ac pedites promiscue, vicies mille. At Lonchates ubi ignotus peruenit in Bosporum, Regem adit, tractantem quiddam de regni negotijs, aitq; venire quidem sese publico Scytharum nomine, sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De publicis inquit, negotijs, hæc in præsentiarum denuntiant Scytha: ne vestri pastores in planiciem usq; transgrediantur, sed intra Traconem pascant. Cæterum latrones de quibus expositulatis quod regionem vestram incurserint: negant eos publico consilio emitti, sed priuatim sui quenq; lucri causa prædari. Quod si quis illorum deprehendatur: tui arbitrij esse, ut in eos animaduertas. Hec quidem illi denuntiant. At ego tibi indico, grauem in vos insultum futurum ab Arsacoma Mariante filio, qui nuper legatum egit apud te, idq; (opinor) quum filiam tuam postularit, non affectus sit abs te: ob id indiguerit, sedetq; in ter-

gore

D. ERAS. ROT. INTERP.

gore taurino septimum iam diem, contractusq; illi est exerceitus haud exiguis. Audiui (inquit Leucanor) & ipse, cogi vim copiarum in tergum bouis. Quod autem aduersum nos cogerentur, quodq; Arsacomas huius rei dux esset, id vero me sugerat. Atqui in te, inquit Lonchates, hic apparatus constituitur. Mihi autem inimicus est Arsacomas, grauiterq; fert quod sibi præferat à natu majoribus, & quod in omnibus illo videar esse præstantior. Quod si mihi sponderis alteram filiam tuam Barcetim, alioqui nec indigno vestra affinitate, brevi tibi reuersus caput eius apportauero. Spondeo Rex inquit, videlicet supra modum formidine correptus, propterea quod non ignoraret, quum ob causam iratus esset Arsacomas: nimis rum ob nuptias, tum aliás quoq; metuerat semper Scythas. At Lonchates: iurato, inquit, te præstirum pœta, neq; inficiaturum. Id quum fieret, iamq; resupinatus in cœlum iurare vellet: Absit, inquit, ut hic, ne quis spectantium coniçiat, qua gratia iuremus. Quid potius hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iusfirandum edamus, ubi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arsacomas, vereor ne me ante bellum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Introcamus, inquit Rex. Vos autem abstistite quām longissimè. Neq; quisquam ad templum adeat, quem ego non accersiuero. Posse aquam igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt, vibrato gladio, simulq; altera manu obturato ore, ne vociferaretur, ictum in pectus adegit. Deinde caput defectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breui'que sese dicens adfuturum, tanquam ad negotij quippiam

I

emitterey

emitteretur ab illo. Atque ita reuersus eò, ubi equum
vincitum reliquerat, consenso illo, redequitauit in Scy-
thiam. Porrò nemo est eum inseguitus: quippe diu igno-
ratiibus Bosporinis, quod acciderat, tum ubi rascissent
factiose de regno decertantibus. Hæc itaque gesit Longa-
chates, prestitiq; promissum allato Leucanoris capite.
Porrò Macetes in via factus certior super his, quæ in Bo-
sporo acciderant peruenit ad Machlyenses: primusq; illis
nuncium attulit de regetrucidato. At populus, inquit,
te Adyrmache, gener cum sis: ad regnum vocat. Proinde
fac ut ipse prior occupans, imperii arripiás, in rebus pera-
turbatis obortus, puella vero te sequatur à tergo in cur-
ribus. Facile enim isthoc pacto tibi conciliaueris multo
tudinem Bosporanorum, ubi Leucanoris filiam confixer-
vint. Ego porrò non solum Alanus sum, verū etiam spons-
sa tuae cognatus maternus: siquidè nostra è gente Maes-
tram Leucanor asciuit uxorem. Et nunc tibi adsum, mis-
sus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alania, denunciantis-
bus ut quām potes oxyssime, te recipias in Bosporum, ne-
que per negligentiam committas, ut imperium ad Eubios-
tum deueniat: qui tametsi frater nothus est Leucanoris
tamen Scytharum partibus semper fuit, cum Alanis su-
multates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes. Erat
autem eodem cultu, eademq; lingua cum Alanis. Com-
mune enim horum virumq; Alanis cùm Scythis, nisi quòd
non magnopere comati sunt Alani quemadmodū Scythæ.
At Macentes in hoc quoq; illis erat assimilis, videlicet
detensa coma: quatenus conueniebat Alanum nimis esse
comatum, quām Scytham. Itaque his rebus factum est, ut
illi fides haberetur, putaretur que Masteræ ac Mazæ
cognatus

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 58
cognatus esse. Et nunc, inquit, ô Adyrmache, ad utrum-
vis paratus sum vel proficisci tecum in Bosporum, si ve-
lis: vel manere, si sit opus, ac sponsam adducere.
Isthuc quidem, inquit Adyrmachus, longè malim, quan-
doquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si no-
biscum vna proficisci caris in Bosporum, vnum duntaxat
equitem numero addideris. Quòd si mihi uxorem adue-
xeris, multorum instar fueris: atque ita factum est, &
hic quidem iter ingressus est, Macente tradens ducen-
dam Mazæam, quæ virgo etiam dum erat. At ille per
diem quidem illam currū vchebat: verū ubi nox incu-
buisset, imposita equo (nam id curarat, ut alius quidem
eques se se consequeretur) tum insiliens, & ipse, nequa-
quam deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed deflectens
ad mediterraneam, relictis ad dexteram Mitræorū mon-
tibus, quum virginem interim aliquoties interquiescere
iussam resocillasset, intra triduum à Machlyensibus in
Scythiam usq; permensus est viam: statimq; equus eius
ubì destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est.
Porrò Macentes Arsacome Mazæam in manum dans:
Accipe inquit, à me quoq; id quod sum pollicitus. Ad illo
ad insperatum spectaculum stupescito, gratiasq; agente:
Desine, inquit, Macentes, ac noli me aliud à teipso pus-
tare: nam mihi profecto gratias agere ob hæc quæ feci,
perinde est, ac sinistra mea gratias agat dextera quod vul-
nerata sibi subministravit, atq; officiose cura egit ægrotan-
tis. Ridicula nimurum, & nos fecerimus, si iamdu-
dum commissi, & quatenus licet in vnum conflati, ma-
gnum adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiose
quid egerit prototo corpore. Etenim pro seipso fecit,

LUCIANI TOXARIS

quum pars sit totius beneficio adiutio. Atque ad hunc quidem modum Arsacome gratias agenti, Macentes responso dit. Ceterum Adyrmachus ubi sensit insidias, non perrexit ire in Bosporum: iam enim Eubiotus rerum potiebatur accersitus a Sauromatis, apud quos fuerat diuersatus, verum in patriam reuersus, contractis ingentibus copiis per montuosa irrupit in Scythiam: pauloque post irruit, & Eubiotus, cum Graecos undecunque poterat secum ducens, tum Alanos, & Sauromatas accersitos, vtrinq[ue] vi- cies milenos. Coniunctis autem copiis, Eubiotus atque Adyrmachus nonaginta milia confererunt, atque ex his ter- tia pars equites sagittarij. Nos autem (nam, & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens ihs, qui in tergum taurinum conuenerant, equites ad plenum instructos cen- tum) contractis haud multominus triginta milibus, una cum equitibus opperiebamur insultum, ductore Arsaco- ma. Ut autem admoventes illos confiximus, contra du- ximus agmen præmissis in hostem equitibus. Atque ubi iam diu acriter esset pugnatum, tandem eessere nostri, inter- rupta phalange. Postremò in duo dissectum est uniuersum agmen Scythicum, pars subduxit se, non omnino pulam victa, verum ita fugiebat, ut locum dare videre- tur: adeò ut Alani ad multum tempus insequi non aude- rent: partem alteram, quæ eadem erat imbecillior, em- gentes Alani ac Machlyenses, undequaque cædebant, con- fertim iaculis emisis, atque sagittis, sic ut vehementer las- boraretur a nostris, qui tenebantur obfusi. Et iam plerique armi proiecerant, quorum in numero forte erat Lonchates, & Macentes: iamque ambo vulnis acceperant, dum ante alios se se periculis obiiciunt. Hic quidem adiuto femo- re, p[ro]p[ter]a,

D. ERAS. ROT. INTERP. 59

re, puta Lonchates: Porro Macentes securi sauciato ca- pite, tum conto in humerum impacto. Quod simulatq[ue] sensit Arsacomas, quem in altero agmine esset nobiscum turpe ratus, si desertis amicis non adcesset, subditis equo calcaribus, cum clamore in hostes tendere coepit, sublato gladio, adeò ut Machlyenses vim animi non sustinerint, sed viam illi fecerint, ut transiret. At ille receptio ami- cis tum aduocatis & alijs, impetu fecit in Adyrmachum, impactoq[ue] in cervicem gladio, ad Zonam usque dissecuit. Quo fuso, dissipata est omnis acies Machlyensem, pau- lopost, & Alanorum: Denique cum his Graeci quoque. Atque ita, redintegrato prælio, nos superiores extitimus, diuque sumus inseguuti trucidantes, donec nox finem im- posuit. Postero die ab hostibus venerunt legati, qui sup- plices pacem atque amicitiam orarent. Bosporani dupli- catum tributum pensuros se pollicebantur: Machlyen- ses obsides daturos se confirmabant. Alani ita eam inua- sionem compensaturos se spondebant, ut Sindianos no- stro nomine vellent aggredi, quibuscum multo iam tem- pore nobis fuerat similitas. His de rebus auditis suffras- gij, imprimis autem Arsacome, & Lonchate: pax mis- ta, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huiusmodi Mnesippe, audent Scythæ amicorum causa fecere. MNESIPPE. Tragica proflus, o Toxaris, fabu- lisque simili. Et propitius sit Acinaces, & Ventus, per quos iurasti: si quis ista non credat, non admundum repre- hendendum esse videatur. TOXA. At vide, vir ege- git, ne incredulitas ista ab inuidia vestra profiscatur. Quinquam non me dererrebit non habendo fidem, quo minus, & alia his consimilia referam, quæ nouerim à

LUCIANI TOXARIS

Scythis esse gesta. MNESIP. Tantum ne longum facias, vir optime, neq; vsque admissis, vagisq; vtae re sermonibus: vt nunc sursum ac deorsum Scythiam, Machlynamque percurrentes: deinde in Bosporum descendens: postremo rediens prorsus abutare silentio meo. **T O X A.** Parendum tibi et hanc prescribenti legem, dicendumq; paucis, ne fatigeris una nobiscum, audiens do circunscriptans. Quoniam magis ausculta, que in meis sum amicus Sisines nomine praestiterit. Quoniam enim Athenas relata patria proficiserer, idq; cupiditate Graecanis carum literarum, appuleram Amstrum Ponticam. Ea est urbs haud procul a Carambe distita in promontorio, obvia ijs, qui a Scythia nauigant. Comitabatur autem Sisines, mihi a pueru amicus. Nos igitur ubi res quasdam importatas in portu spectaremus, in eumq; est nauis subduxissimus eminus, nihil suspicentes mali: interea fures quidam effracta sera, sustulerunt uniuersa, adeo ut non reliquerint, quod vel in eum diem sufficere posset. Ergo quoniam domum essemus reuersi, cognito quod acciderat, non visum est in ius vocare vel vicinos, qui plures erant, vel hospitem: verilime plerisque sycophante ridentur, si dixissimus nobis ab aliquo sublatos esse Darios quadringentos, tum vestium permultum, ad haec tapetia quedam, denique quicquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus, quid esset faciundum, omnium rerum regnis, idque in urbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum est tum temporis, statim demerso in ilia acinace vitam fugere, priusquam ignavum quippiam, aut indignum esset ferendum, vel fame, vel siti enecto. Contra Sisines consolabatur, obsecrans ne quid tale ficerem.

Aiebat

D. ERAS. ROT. INTERP. 60

Aiebat enim excogitasse se, unde nobis victus suppetaret. Et eo quidem die baulandis est portu lignis allata mercede victu suppeditauit: mane autem obambulans in foro, pompa quandam aspergit iuueni (quemadmodum aiebat) elegantium ac strenuorum. Hi nimis viritim lesti, ut mercede proposita singulare certamen inirent, in tertium diem erant decertaturi. Ergo quoniam omnes huius negotij conditiones audisset, accedens ad me: Quae post hac inquit, Toxaris, ne te ipsum pauperem dixeris: siquidem tertio abbime die diuitem te reddidero. Hec ait, atque interea agre parato victu, quum iam spectaculum esset institutum, spectabamus, et ipsi: etenim assumptum me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum aliquid, nouumque spectaculum Graecorum. Ergo ubi confidissimus, spectabamus. Ac primo quidem fere partim aculis confixa, atque a canibus agitate, partim in homines quosdam vincitos emissae, nocentes quospidem, ita ut coniisciebamus. Ut autem prodierunt, qui erant ad singulare certamen conducti, ac producto iuene quodam pregrandi, dixisset prece: Si quisquam velit cum hoc singulari certamine congregari, prodeat in medium, premium pugnae accepturus drachmarum decem milia. Ibi protinus assurrexit Sisines desiliens, polliceturque se dimicaturum, simulque poscit arma. Tum acceptam mercedem, decem milia mihi deferens, in manus dat: Si vicero, inquit, Toxaris, una proficisci mur suppetetque commestus: si cecidero, sepulso me, rediurus in Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebam. At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus munivit: At galeam nequaquam imposuit, sed nudo cons

LVCIANI TOXARIS

sistens capite pugnabat. Et initio quidem ipse vulnus accepit, retorto gladio, succiso poplite, ita ut multū sanguis defueret. Ego interim iam metu præmortuus eram. At ille confidentius inuidentem aduersarium obseruans, ferit in pectore, transfigitq; : ita ut protinus ad pedes ilius procumberet. Ille fessus, & ipse vulnere, mortuo in cumbebat : parumq; aberat, quim ipse quoq; efflaret animam. At ego accurrens erexi, animumq; reddidi. Porro ubi dimissus est iam victor declaratus sublatum illum, dorsum deportauit: multumq; temporis curatus à medicis, superuixit quidem, hodieq; agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea, claudus tamen adhuc est ex vulnera. Hac res Mnesippe non apud Mitchlyenses, neque in Alania gesta est : ut testibus careat, & facta credi queat: verū complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinae memorant. Finem iam faciam: si tibi quinto loco factum Abauchæ retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Borystenensi ciuitatem, secum adducens & uxorem, quam unice diligebat, liberos duos, alterum quidem misculum lactentem, altera vero erat puella septem annos nata. Erat autē peregrinationis comes, & huius amicus Gyndanes, atq; is quidem è vulnere laborans, quod in via acceperat à latronibus, qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret, iactus est in femore: ita ut ne stare quidem posset præ cruciitu. Itaq; noctu dormientibus illis (nam fortè in coenaculo quodam diuersabantur) ingens ortum est incendium, omniaq; circunclusit, iamq; flamma vndiq; domum circundedit. Ibi experretus Abauchas, relictis liberis plorantibus, repulsa uxore, quæ inhorebat, iussaq; ut ipsa se searet, amico in humeris sublatu, descendit,

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 61
 to descendit, perrumpensq; eiusfīt, ita ut nequaquam incendio laederetur. Vxor infantem baiulans consecuta est, monens puellam, ut se se conferueret. Ea verò semiuista, abiecta ex uinis infante, vix exilij è flamma. Deinde puella uia cum illa veniens, penè ex ipsa extincta est. Post hæc cùm probro obiectaret quispiā Abauchæ, quod desertis liberis, atq; uxore, Gyndanem extulisset; imò liberos, inquit, denuò parare haudquaquam difficile: tum incertum, an hi boni sint futuri: porro amicum diu fuerit, priusquam inueniam talem, qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumētis est exploratus. Dixi Mnesippe, è pluribus his quinq; propositis: iam tēpus est prouuntiari, utri nostrum, aut linguam, aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus est iudex? M N E S. Nemo. Neq; enim constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin' quid agemus? Quando quidem in præsentiarum, nullo proposito scopo, sumus iaculati: de integro delecto arbitrio, alia amicorum paria apud illum referamus: deinde uter succubuerit, et tam quidem amputetur, vel mibi lingua, vel tibi dextera. Aut si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari visus es: ego nihil fecius puto, nullā esse mortalibus possessionem hac præstantiore neq; pulsabriorem: quin ipsi quoq; in unum copulati, illud approbamus: ut ex hoc die in totam usque vitam simus amici, utriq; vñtores, utriq; maximis potiti præmiis: videlicet pro unica lingua, unaq; dextra, binas uterq; habituri: atq; insuper oculos quoq; quaternos, pedesq; quaternos: in summa, duplicitia omnia. Eiusmodi nang; quiddam est, cùm duo tresq; copulantur amici, qualem Geryonem scriptores depingunt, senis manibus, ternisq; capitibus hominē.

Siquidem (ut mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui com-
muniter omnia gererent: ut dignum est his, qui amicitia
coniuncti sunt. **T O X A.** Probè dicas, atq; ita faciamus.
M N E S. Verùm neque sanguine opus est Toxaris, neq;
Arimace, qui nobis amicitiam confirmet. Hæc enim confa-
bulatio, ex quod eadem amamus, id multo certius est cas-
lice illo quem bibitis; proptere à quòd huiusmodi non ob-
ligationem, sed animum postulare mihi videntur. **T O X A.**
Placent ista, iamq; amici atq; hospites simus: tu mibi hic
in Græcia: ego tibi, si quando in Scythiam peruereris.
M N E S. Nimirum ut sis sciens, ne quaquam me piceat vel
longius etiam proficisci, si tales amicos nancisci liceat,
qualem esse te Toxaris ex tua oratione coniicio.

C N E M O N I S A C D A M I P P I D I A L O G V S, D E S. E R A S. R O T E R O. I N - terprete.

C N E M O N.



O C illud est quod vulgò dici consuevit,
Hinnulus leonem. **D A M.** Quid iſthuc est,
quod tecum stomachare Cnemon? **C N E.**
Quid stomachacher rogas? Evidē hæredem
reliqui quendam præter animi sententiam,
videlicet astu delusus miser, ijs quos maximè mea cupie-
bam habere præteritis. **D A M.** Sed iſthuc quinam euenit?
C N E. Hermolaum nobilem illum diuitem, quum orbis
effet imminente morte captabam, assidens atq; inserviens.
Neque ille gr̄atiam officium meum admittebat. At in-
tim illud quoq; mihi visum est scitum, consultumq; vt te-
stamentum

stamētum proferrem, ac publicarem, quo illū rerum mea-
rum in solidum hæredem institueram, nimirum ut ille vi-
cissim idem ficeret, meo prouocatus exemplo. **D A M.**
At quid tandem ille? **C N E.** Quid ille suo in testamen-
to scriperit, id quidem ignoro. Cæterum ego repente,
atque insperato è vita decepsi, tecli ruina oppressus. Es
nunc Hermolaus mea possidet, lupi cuiuspiam in morē ip-
so hamo cum esca pariter auulso. **D A M.** Imò non escam
modò cum hamo, quim etiam te quoq; piscatorem simul
abstulit, itaq; technam istam, in tuum ipsius caput struxer-
as. **C N E.** Sic appareret, idq; adeò deploro.

Z E N O P H A N T A E E T C A L L I D E M I- dæ dialogus, Def. Eras. Rot. interprete.

Z E N O P H A N T E S.

AT tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse
queadmodum Diniæ parasitus quum esset, immo-
dica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti, aderas enim
morienti. **C A L L I D E.** Aderam Zenophantes. Porro
mihi nouum quiddam, atq; inopinatum accidit. Nam tibi
quoque notus est Ptoeodorus ille senex. **Z E N.** Orbum
illum dicas, ac diuitem, apud quē te assidue versari conspi-
ciebam. **C A L L I D E.** Illum semper captabam, colebamq; id mibi
pollicens fore, ut meo bono quād primū moreretur. Verū
quum ea res in longum proferretur, sene videlicet, vel
Ultra Tithonios annos, viuente, compendiariam quandam
excogitata viam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquis
dem empto veneno, poccillatori persuaseram, ut simula-
atq; Ptoeodorus potum posceret, bibebat autem proli-
xius, presentius in calicem iniceret, haberetq; in prom-
ptu-

pti, porrecturus illi. Quid si fecisset, iure iurando confir-
mabam me illum manumissurum. Z E N. Quid igitur ac-
cedit? nam inopinatum quiddam narraturus mihi vide-
ris. C A L. Vbi iam loti venissimus, puer duobus para-
tis poculis, altero Ptoeodoro, cui venenum erat additum,
altero mihi, nescio quo modo errans, mihi venenū. Ptoe-
doro porrexit innoxium. Mox ille quidem babit, at ego
protinus humi porrectim stratus sum, suppositiū vide-
licet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta?
Atqui non consuenit amici malis illudere. Z E N. Rideo
profectò, nam eleganter ac lepidè tibi h.ec res evenit.
Porrò senex ille, quid interim? C A L. Primum ad ca-
sum subitum, atque inexpectatum sanè conturbatus est.
Deinde simulatq; intellexit, id quod acciderat, puta po-
cillatoris errore factum, risit et ipse. Z E N. Rectè sa-
nè. Tametsi non oportuit ad compendium illud diuerte-
re, siquidem venisset tibi populari, vulgataq; via, tutius
certiusq; etiam si paulò serius.

MENIPPI ET TANTALI DIALOGUS, Def. Erasmo Rot. interprete.

MENIPPVS.

Q Videiulas ô Tantale, aut quid tuam deploras for-
tunam, stagno imminens? T A N T A. Quoniam
siti enecor Menippe. M E N I P. Vsqueadè piger es,
atque iners, uti non vel pronus incumbens bibere noris,
vel caua volahauriens? T A N. Nihil profecero si pro-
cumbam: refugit enim aqua simulatq; me proprius adino-
ueri senserit: quod si quando hausero, orig; coner applic-
care, prius effluxit, quam summari gem labia. Atq; inter-
digitos

digitos effluens aqua, haud scio quomodo rursus manum
meam aridam relinquit. M E N. Prodigiosum quiddam
de te narras Tantale: verum dic mihi isthuc ipsum, quor-
um opus est bibere, quū corpore careas: nam illud quod
esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultum est. Cete-
rum tu quū sis animus, quānam posthac aut sitire queas,
aut bibere? T A N. Atqui hoc ipsum suppliū genus est,
ut anima perinde quasi corpus sit, ita sitiat. M E N. Agē,
hoc ita habere credamus, quandoquidē affirmas te siti pus-
niri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num mea-
tuis ne potus inopia moriare? At euidē haud video alte-
ros inferos, si quis hos relinquit, neq; locū aliū in quem
morte demigret quissimam. T A N. Rectè tu quidē dicas: reo-
rū hoc ipsum suppliū genus est, sitire, quū nihil sit opus.
M E N. Desipis Tātale, et uti verū tibi fatear, nō alio po-
tu videris egere quā veratro mero: nam diuersum quid-
dam pateris, ijs quos canes rabiosi momorderint, ut qui nō
aquam, quemadmodum illi, sed sitim horreas. T A N. Ne
veratrū quidē recusarim bibere Menippe, si liceat modò.
M E N. Bono es animo Tantale, certum habens nūquam fos-
re, ut vel tu, vel reliquorū manū quissimā bibat: Nec enim
fieri potest: quanquam nō omnibus, quemadmodū tibi, pgo
na adiudicata est, ut sitiant, aqua illos non expectante.

MENIPPI AC MERCVRII dialogus, Def. Erasmo Rot. interprete.

MENIPPVS.

AT ubimam formosi illi sunt, ac formosae Mercurii
ducito me doceto que, utpote recens huic profe-
ctum hospitem. M E R C V. Haud mibi licet per otium
Menippe,

LUCIANI

MENIPPE., quin tu isthuc ipso è loco dextrorum oculos deflecte . Ilic et Hyacinthus est, et Narcissus ille, et Nireus, et Achilles, et Tyro, et Helena, et Leda, breuiter quicquid est veterum formarum. **M E N.** Evidem præter ossa nihil video, caluariasq; carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino discriminis. **M E R.** At qui hæc sunt que poëte cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ tu videris contempnere . **M E N.** At Helenam saltem mihi cōmonstrat; nam ipse quidē hūd que am dignoscere. **M E R.** Hæc videlicet caluaria, Helena est. **M E N.** Et huius scilicet oīis gratia, mille naues ex uniuersa Graecia, acto delectu, sunt impletæ, tantaq; tum Græcorum, tum Barbarorū multitudo conflxit, tot urbes sunt euerse . **M E R C V.** Ceterum Menippe non vidisti mulierem hanc viuam, quod si fecisses, forsitan dices tu quoq; via tio dandum non esse.

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiam arefactos marcidosq; cōtemp-
pleteur, postea quam coloris decus abiecerint, deformes
nimirum videantur. At h̄dem donec florent, coloremque
obtiment sunt speciosissimi. **M E N.** Proinde illud iam de-
miror Mercuri, si Græci non intellexerunt se pro re usq;
quædam momentanea, quæq; tam facile emarcesceret elas-
borare. **M E R.** Haud mihi vacat tecum philosophari, quare
 delecto loco ubi cung; velis, prosterne temet ac res-
 cumive, mihi iam aliæ sunt traducen-
 de umbra.

MENIPPI

DIALOGI VARII. 64
MENIPPI, AMPHILOCHI, T R O,
 phonij disceptatio, Def. Erasmo Rot.
 interprete.

MENIPPVS.

Vos nimirum Trophoni, atque Amphiloche, quum sitis mortui, tamen haud scio quonam modo phasnis estis donati, vatesque credimini, ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur. **T R O.** Quid? an nobis igitur imputandū, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? **M E N.** At qui non ista fuissent opinati, ni vos, tum quū viueretis, eiusmodi quædam portēta ostentassestis, tanquam futurorū fuisseis prescij, quasiq; predicere potuissetis, si qui percontarentur. **T R O.** Menippe, nouerit Amphilochus hic, ipsi profese respondendū esse. Cæterum ego Heros sum, vaticinorq; si quis ad me descendens rit; At tu videre nunquam omnino Lebadium adiisse, neq; enim alioqui ista non crederes. **M E N.** Quid aīs? quidem nisi Lebadium fuisse profectus, ac linteis amictus, offam ridiculè manu gestans, per angustū aditum in specum irrepissem, ne quaquam fieri potuisset, vt te defunctum esse cognoscerem perinde atq; nos, solaq; præstigia tura reliquos antecellere. Sed agè per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neq; enim intelligo. **T R O.** Est quidam partim ex homine, partim ex deo compositum. **M E N.** Nempe quod neq; sit homo, quemadmodum audio, neque deus, verū pariter utrumq;. Ergo dimidia illa tui, ac diuina pars, quō nunc recepit? **T R O.** Reddit oracula Menippe in Boeotia. **M E N.** Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi quod illud planè video te totum esse mortuum.

CHA-

LUCIANI
CHARONTIS AC MENIPPI
dialogus, D. Erasmo. Rot. interprete.

CHARON.

Redde naulum sceloste. M E N. Vociferare, si quidem isthuc tibi voluptati est Charon. C H A R. Redde, inquam, quod pro trajectione debes. M E N I P. Huadquām auferre queas ab eo qui non habeat? C H A. An est quisquam qui ne obulum quidem habeat? M E N. Sit ne alius quipiam preterea, eisdem ignoro, ipse certe non habeo. C H A R. Atqui præfocabo te per Di-tem impurissime, ni reddas. M E N. At ego illiso baculo tibi comminuam caput. C H A R. Num ergo te tam longo trajectu gratis transuexero? M E N. Mercurius meo nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. M E K. Bellè mecum agatur per Iosephum, siquidem futurum est, ut etiam defunctorum nomine persoluaam. C H A R. Haud omittam te. M E N. Quin igitur vel huius gratia perge, ut facis, nauim trahere: quanquam quod nō habeo quimam auferas? C H A R. At tu nesciebas, quid tibi fuerit ad portandum? M E N. Sciebam quidem, verum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in vita manendum? C H A R. Solus ergo gloriaberis te gratis suis se transuctum? M E N. Haud gratis o præclare, siquidem et sentinam exhausti, et remum arripui, et vectoriū omnium unus non eiulaui. C H A R. Ista nihil ad nau- lum, obulum reddas oportet, neq; enim fas est secus fieri. M E N. Proinde tu me rursum in vitam reuehe. C H A R. Bellè dicas, nimirum ut verbera etiam ab Aeaco mihi lucefaciam. M E N. Ergo molestus ne sis. C H A R. Ostende quid habeas in pera. M E N. Lupinum si velis,

et Hecatae

DIALOGI VARII.

65

E Hecatae cenam, C H A R. Vnde nobis hunc canem addu- xisti Mercuriū tum qualia garriebat inter nauigandū: ve- ctores omnes irridens, ac dicterijs incessens unusq; can- tillans, illis plorantibus. M E R C V R. An ignoras Charon quem virum transuexeris: planè liberum, cuiq; nihil om- nino cura sit. Hic est Menippus. C H A R. Atqui si unquā posthac te recepero. M E N. Si receperis o præclare: ne possis quidem iterum recipere;

CRATETIS AC DIOGENIS DIALO-
gus, Def. Erasmo Rot. interprete.

C R A T E S.

Mœrichum diuitem, noueras'ne Diogenes? illum, inquam, supra modū diuitem, illū Corintho profectum, cui tot erant naues onus mercibus, cuius consobrinus Aristreas, quum ipse quoq; diues esset, Homericum illud in ore solebat habere:

Aut me confice tu, aut ego tete.

D I O G. Cuius rei gratia sese captabant inuicem Crates? C R A T. Hereditatis causa, quū essent aequales, ut ergo alterum captabant. Iamq; testamenta publicauerant ambo, in quibus Mœrichus (si prior moreretur) Aristeam omnium rerum suarum dominum relinquebat. Mœrichum vici sim Aristreas, si quidem ipse prior è vita decederet. Hec igitur quū essent in tabulis scripta illi inter sese captabat, et alter alterum adulatioibus obsequijsq; superare contendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris id quod futurū sit coniectantes, ac somnijs, quemadmodum Chaldei faciunt: quin et pythius ipse, nunc Aristeam victorem fore pronunciabat, nunc Mœrichum, ac

K. Stratina

trutina quidem interim ad hunc, interim ad illū propedebat. D I O G. Quid igitur tandem euenit? nā audire est operae pretium Crates. C R A T. Eodem die mortui sunt ambo: ceterū hereditates ad Eunomium ac Thrasylem deuenirunt, quorū uterq; cognatus illis erat: at qui de his nihil prædixerant diuinum futurum, ut tale quippiam accideret. Etenim quū Sicyone Cirram versus nauigarent, medio in cursu, obliquo orto lapyge eversa nauis perierūt. D I O G. Recte factū: at nos quū essemus in vita, nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neq; enim ego nūquam optabam ut moriretur Antiſthenes, quō nimurū baculus illius ad me rediret heredē (habebat autē egregie validū, quem ipse sibi parauerat oleaginū) neq; tu Crates, opinor, defiderabas, ut me mortuo, in possessionū mearū successionē venires, puta dollj ac pereas, in qua quidē lupini chœnices inerant due. C R A T. Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus, imò nē tibi quidem Diogenes: siquidem quæ ad rem pertinebant, quæq; tu Antiſtheni succedens accepisti, deinde ego succedēs tibi et nimirū multo sunt potiora, multoq; splēdiora, quam vel Persarū imperiū. D I O G. Quānam sunt ista quā dicis? C R A T. Sapiens tiā, inquam, frugalitatem, veritatē dicēdi, viuendiq; libertatem. D I O G. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hereditatē Antiſtheni successisse, tibiq; eas lōge etiā māiores reliquisse. C R A T. Verū reliqui mortales hoc possessionū genus aspernabantur, neq; quisquam nos obſpēm potiunde hereditatis obsequijs captabat, sed ad aurum omneis intendebant oculos. D I O G. Nec iniuria: neq; enim habebant quō facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam, vitiatiq; delitijs, non aliter

aliter quām vasa carie putria. Quo fit, ut si quando quis in illos infundat vel sapientiam, vel libertatem, vel veritatem, effluat illico, perstilletq; fundo quod immisum est continere non valente. Cuiusmodi quiddam et Danaifilia bus aiunt accidere, dum in dolium pertusum haustum aquam important: at idem aurū dentibus et vnguis, omnīq; vi serubant. C R A T. Proinde nos hic quoque nostras possidebimus opes: illi simulatq; hic venerint, obulum duntaxat secum ferent, ac ne hunc guidem ultius quām ad portitorem.

NIREI AC THERSITAE DIALOGI,
Def. Erasmo Rot. interprete,

NIREVS.

Ecce deniq; vel Menippus hic iudex erit, uter nostrā sit formosior. Dic Menippe, an non tibi videor formā præstantior? M E N. Imò quinam sitis prius arbitror indicandum, nam hoc opinor scito est opus. N I R. Nireus ac Thersites. M E N. Vter Nireus, vter Thersites? nondum enim vel hoc satis liquet. T H E R. Iam vnum hoc vimco, quod tibi sum similis, neq; tantopere me præcellis, quana topere te cæcus ille Homerus extulit, vnum omnium formosissimum appellans: quim ego fastigato vertice, rarisq; et impexis capillis ille, nihilo te inferior visus sum arbitror. Iam vero tempus est uti pronuncies Menippe, virū altero formosiorem existimes. N I R. Mirum ni me Aglaia Charopeq; prognatum.

Qui vir pulcherrimus unus,
Omnibus è Graijs Priameia ad Pergama veni.

MEN. Atqui non item sub terram opinor pulcherrimus
venidi, quippe qui reliquis quidem osibus alijs appareas
assimilis: porrò caluaria hoc uno insigni à Thersitæ cal-
uaria dignosci possit, quod tua delicata est ac mollicula:
quandoquidem isthuc habes effeminatum ac neutiquam
viro decorum. NIR. Attamen Homerum percontare,
qua specie tum fuerim, quum inter Grecorum copias mis-
litarem. MEN. Tu quidem somnia mihi narras: at ego
ea specto quæ video, quæq; tibi adsunt in praesentia: cæte-
rū ista norunt, qui id temporis viuebant. NIR. Quid
igitur tandem? an non ego formosior Menippe? MEN.
Neq; tu, neq; quisquam alius formosus hoc loco: siquidem
apud inferos æqualitas est, pares q; sunt omnes. THER.
Mihi quidem vel hoc sat est.

DIOGENIS AC MAVSOLI, D. Erasmo Rot. interprete.

DIOGENES.

O He tu Car, quare tandem insolens es, tibiq; places,
ac dignum te credis, qui unus nobis omnibus an-
teponare? MAVSOL. Primum regni nomine ô tu
Simopensis, quippe qui Cariae imperauerim vniuersæ, pre-
terea Lydiae quoq; gentibus aliquot: tum autem ex insu-
lis nonnullas subegerim: Miletū vñq; peruenierim, plerisq;
Ionie partibus vastatis. Ad hec formosus eram ac proce-
rus, ac bellicis in rebus præualidus. Postremò, quod est
omnium maximū, in Halicarnasso monumentū erectum ha-
beo singulari magnitudine, quantum videlicet defunctorū
alius nemo possidet, neq; pari etiam pulchritudine condi-
tum, viris scilicet atq; equis pulcherrimo ē saxo ad viuam
formam

formam absolutissimo artificio expressis, adeò ut vel pha-
num aliquod simile haud facile quis inueniat. Num iniua-
ria tibi videor has ob res mihi placere atq; efferri? DIO. Num ob imperiū ais, ob formam, atq; ob sepulchri molem?
M A V. Per Iouem ob hæc, inquam. DIO G. Atqui ô for-
mose Mausole, neq; vires iam ille, neq; forma tibi iam ad-
est. Adeò ut si quem arbitru de forme præcellentia dele-
gerimus, haudquam dicere potis sit quæbrem tua cal-
uaria meæ sit anteferenda: siquidem vtrq; pariter tum
calua, tum nuda: vtrq; dentes pariter ostendimus, pariter
oculis orbatis sumus, pariter naribus simis ac sursum biane
tibus deformati. Cæterū sepulchrū ac saxa illa pretiosa
Halicarnassensis forsitan iactare licebit, ex hospitibus glo-
riæ causa ostentare, tanquam qui magnificam quandam an-
pusse strukturam habeant: verum quid hinc cōmoditatis
ad te redeat vir egregie, nequaque video, nisi forsan il-
lud commodiū vocas, quod plus oneris atq; nos sustimes,
sub tam ingentibus axis pressus ac laborans. M A V. Ita ne
nihil illa mihi conductū omnia: planeq; pares erunt Maus-
solus, ac Diogenes? DIO G. Imò haud pares, inquam, viri
clarissime: nam Mausolus discruciatitur, quoties earū re-
rum in mētem veniet, quibus in vita florere consuicit: at
Diogenes interim eum ridebit: Atque ille quidem de suo
illo monumento, quod est in Halicarnasso memorabit, ab
uxore Artemisia atque sorore parato: cōtra Diogenes ne
id quidē suo de corpore nouit, nunquid habeat sepulchrū?
Neq; enim illi res ea curæ est, verum apud viros excellen-
tissimos sui memoriā famamq; reliquit, ut qui vitam pere-
gerit viro dignam, tuo monumento Carum abiectissime
celiore, ac tutiore in loco substructam.

L V C I A N I
SIMYLI, AC POLYSTRATI DIALOGUS,
Def. Erasmo Rot. interprete.
SIMYLVS.

Venisti tandem, & tu Polystrate ad nos, quum annos vixeris haud multò pauciores centum, opinor. **POL.** Nonaginta octo Simyle. **SIM.** Sed quinam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes. Nam ipse perij te fermè septuagenario. **POL.** Quām suauissimè profectò, etiam si hoc mirum tibi videbitur. **SIM.** Mirum verò, siquidem tibi primum seni, deinde inuálido, postremò etiam orbo quicquam poterat esse in vita suave? **POL.** Principio nihil erat quod non possem, præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, vnguenta, vinum mire fragrans, postremò mensæ vel Siculis illis lauiores. **SIM.** Noua narras, nam ego te planè sordidum, ac parcissimū esse sciebam. **POL.** Atqui vir præclare, ex alienis arcis opes mihi subscabant. Tum diluculo protinus quām plurimi mortales ad fores meas ventitabant, simulq; ex omni rerum genere quæ terrarum ubiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur. **SIM.** Num me defuncto regnum gesistis? **POL.** Minime, verū amantes habebam innumeros. **SIM.** Non possum non ridere: tu' ne amantes tantus natus quū esses, vixq; tibi dentes superessent quatuor? **POL.** Haebbam per louem, equidē optimates ciuitatis, quumq; essem tum senex, tum caluus, sicuti rides, præterea lipapiens etiam, ac senio cæcutiens: postremò naribus mucosis, tamen cupidissimè mihi inferuebant, adeò ut is felix videretur, quemcunque vel aspexisset modo. **SIM.** Num tu quoque quemadmodum lhaon ille, Venerem alia

glam

DIALOGI VARII. 68

quam è Chio transuexisti, ut ob id optanti tibi illa dedeatur rursum ad iuuentam redire, ac denuò formosum atque amabilem fieri? **POL.** Haudquaquam, quin magis quum talis essem, qualem dixi, tamen supra modum adamabar. **SIM.** Aenigmata narras. **POL.** Atqui notissimus est hic amor, quum vulgò sit frequens, nempe erga senes, oros, bos, ac diuites. **SIM.** Nunc tua forma vnde tibi profecta fuerit intelligo vir egregie, nimirū ab aurea illa Vere vere. **POL.** Veruntamen non parum multas commoditates ab amantibus tuli Simyle, propemodū etiam adoratus ab illis. Porrò səpius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorum: interim illi inter se decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, aliud aliud anteire nitebatur. **SIM.** Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? **POL.** Palam quidem affirmabam, me vñūquenq; illorum relicturū hæc redem: idq; illi quum crederent futurū, certatim se quisq; obsequenter, atq; adulantiorem præbebat. Cæterū alteras illas veras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui in quibus omnes illos plorare iussi. **SIM.** At postremæ illæ tabulæ quem pronūtiabant hæredēnum è cognatis quemopiam? **POL.** Non per louem, inò nouitium quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phrygemi. **SIM.** Quot annos natum Polystrate? **POL.** Viginti fermè. **SIM.** Iam intelligo quibus obsequijs ille te demeruerit. **POL.** Attamen multò illis dignior qui scriberetur hæres etiam si Barbarus erat, ac perditus, quem iam ipsi etiam optimates colunt captantq;. Is igitur mihi extitit hæres, iam'que inter patritios numeratur, subraso mento, Barbaq; cultu, ac lingua: quin cum Codro generosioreret,

Nireo formosiorem, Vlysse prudentiorem esse prædicant.
S I M. Non labore, vel totius Græciæ sit imperator, si lis-
bet, modò ne illi potiantur hæreditate.

VENERIS ET CUPIDINIS DIA-
logus, Def. Erasmo Rot. interprete.

V E N V S.

Quid tandem in causa est Cupido, vt quum reliquos
deos omneis adortus expugnaris, Iouem ipsum,
Neptunum, Apollinem, lunonem, me denique matrem,
ab vna Minerua temperes, vt'que aduersus hanc nec vla-
lum habeat incendium tua fax, et iaculis vacua sit pha-
retra, tum et ipse arcu cæras, neq; iaculari noris? c v p.
Evidem hanc metuò mater; est enim formidabilis trucu-
lentoq; aspectu, ac ferocitate quadam supra modum viria-
li: proinde si quando tenso arcu petam illam, galea cris-
tum quatiens, expauefacit me, moxq; formidine tremere
occipio, sicut arma mibi è manibus excidant. v e n. At-
qui Mars an non erat hac formidabilior? et hunc tamen
superatum exarmasti. c v p. Imò ille cupide me recipit,
atque ultro etiam inuitat. Verùm Minerua semper addu-
ctis supercilij obseruat: quin aliquando temere ad illam
aduolui, faciem propius admouens: at illa, si quidem ad
me accesseris, inquit, per parentem Iouem, quouis modo
te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arres-
ptum in tartara dabo præcipitem, aut ipsate discerpam.
Plutima item id genus comminabatur: Ad hæc acribus
obtuetur oculis, postremò et in pectore faciem quandam
gestat horrendam, viperis capillorum vice comatam, hæc
nimurum magnopere formido: territat enim me, fugioq;
quoties

quoties eam aspicio. v e n. Esto sanè, Mineruum meo-
tuis, vt ais, atq; huius gestamen Gorgona reformidas, idq;
quum Louis ipsius fulmen non formidaueris: ceterum Mu-
se quam ob causam abs te non feriuntur, atq; à tuis iacu-
lis tutæ agunt? num et hæ cristas quatint, aut Gorgos-
nas prætendunt? c v p. Has quidem reueror mater, sunt
enim vultu pudico ac reverendo, pretereà semper aliquo
tenentur studio, semper cautionibus animum intentum ge-
runt: quin ipse etiam non raro illis asisto, carminis sua-
uitate delinitus. v e n. Esto, nec has adoriris propterea
quod sint reuerenda: at Diana qua tandem gratia non
vulnerat? c v p. Ut breuiter dicam, hanc ne deprehense-
dere quidem vsquam sum potis, quippe perpetuò per mō-
tes fugitantem: ad hæc alterius cuiusdam sui cupidinis illa
tenetur cupidine. v e n. Cuius ô gnate? c v p. Nem-
pe venatu ceruorum, et himnulorum, quos inspectatur vt
capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmo-
di studio tenetur: tametsi fratrem eius, qui nimurum arcu
valet, et ipse feritq; eminus. v e n. Tenco gnate, eum
se penumero sagitta vulnerasti.

MARTIS AC MERCVRII DIALO-
gus, Def. Erasmo Rot. interprete.

M A R S.

Avidistin' Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iupi-
ter? quam superba, quam' que dictu absurdā? Ego,
inquit, si volucro, catenam ex æthere demittam,
vnde si vos suspensi me vi detrahere conemini, luseritis
operam: nunquam euim me deorsum trahetis. Contrà ego
vos si velim in altum attrahere, non vos modò, verūm -

K S etiam

L V C I A N I

etiam tum terram ipsam , tum mare pariter subiectum in sublimè sustulero. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoq; audiisti. Ad ego, siquidem cum uno qualibet singulatim conferatur, ita præstatiorem cum esse, viribusq; superiorem, haudquaquam negauerim, verum unum tam multis pariter in tantū antecellere , vt cum ne pondere quidem vins cere queamus, etiam si terram ac mare nobis adiuxerimus id neutiquam crediderim. M E R. Bona verba Mars. Neque enim sat tutum est ista loqui, ne quid fortè mali nobis hæc petulantia conciliet. M A R S. An verò credis apud quemlibet hæc dicturum me? Imò apud te solum id audeo, quem lingue continentis esse sciebā. Sed quod mihi maxime ridiculum videbatur, tum quum hec minitantem audirem, haud quæ apud te reticere. Etenim meminerā, quum non ita multò ante Neptunus, Iuno, ac Pallas, mota aduersus eum seditione machinarentur comprehensum illum in vincula confidere, quantopere formidarit , vt q; in omnem speciē se se verterit, id q; cū tres dūtaxat essent dij. Quod ni Thetis misericordia commota, Briareum Centimanum illi auxilium accersiūisset, ipso pariter cū fulmine, ac tonis tru viñctus erat. Hæc reputati mibi ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiam' que. M E R. Tace, bona verba, neq; enim tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

M E R C V R I I E T M A I A E D I A:
logus, Des. Erasmo Rot. interprete,
N E R C V R I V S.

E st verò mater deus quisquam in cœlo me miserior?
M A I A . Cae ne quid istiusmodi dixeris Mercuri. M E R C. Quid non dicam : qui quidem tantum ne-
gotiorū

D I A L O G I V A R I I.

70

gotiorū solus sustineam quibus delassor , in tam multa mihi nisteria distractus? Nam mane protinus surgendum est mihi, statimq; verrēdum coenaculū, vbi dij compotant. Tum vbi curiam, in qua consultant, vndiq; strauero , ac singula ita ut oportet composuero, loui necessum est assistere, ac perferendis illius mandatis toto die sursum, ac deorsum cursitare, insuper quum redeo, puluerulentus adhuc, Ambrasiam apponere cogor. Porro priusquam nouitius iste oscillator aduenisset, ego ne etar etiā ministrabā. Quodq; est omnium indignissimum, soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, verum id quoq; temporis necesse habeo defunctorū animas ad Plutonem deducere, manumq; gregi me ducem preberet, tum autem , ex tribundibus assistere. Neq; enim mihi sufficiabant scilicet diurna negotia dum versor in palestris , dum in concionibus preconis vices ago, dum oratores instruo , nihil quoque prouincia accedat , vt simul etiam umbrarum res. disponam. Atqui Ledæ filij alternis inter ipsos vicibus apud superos atque inferos agitant. Mihi necesse est quotidie cum hoc, tum illud pariter agere, deinde duo illi Alcmenia ac Semele miseris prognati mulieribus , ociosi in conuiuis accumbunt : at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quin nunc quum recens Sidone à Cadmi filiare reuersus essem : nam ad hanc me legarat , visum quid ageret puella, priusquam respirasset , ex adhuc anhelum de via, rursum ad Argos emandauit visurum, qui cum Dasnae ageretur, Rursum inde in Bæotiam profectus, inquit, obiter Antiopam visito; adeò ut pluñc iam paritum me negarim. Quod si mihi licisset, lubens profectò fecisset, id quod solent ij, qui in terris duram seruitur seruitutem.

M A I A .

L V C I A N I

M A T A . M i s s a f a c i s t a G n a t e ; d e c e t e n i m p e r o m n i a m o r e m g e r e r e p a t r i , c u m s i s i u u e n i s : a c n u c q u o d i u s s u e s . A r a g o s c o n t e n d e , d e i n d e i n B o e t i a m , n e s i c e s s a r i s , f u e r i s ' q u e l e n t i o r , p l a g a et i a m a u f e r a : n a m i r a c u n d i s u n t q u i a m a n t .

V E N E R I S E T C V P I D I N I S D I A L O

gus, Def. Erasmo Rot. interprete.

V E N V S .

C v p i d o g n a t e , v i d e q u e f a c i s f l a g i t i a . N o n i a m d e h i s lo q u o r , q u a t e i m p u l s o r e m o r t a l e s i n t e r r a v e l i n s e q u i s q u e , v e l i n u i c e m a l i j i n a l i o s f a c i u n t ; v e r u m d e h i s a g o , q u a t e a p u d s u p e r o s q u o q u e d e s i g n a s , q u i q u i d e m l o u e i p s u m c o g i s v a r i a s a s s u m e r e f o r m a s , i n q u o d c u n q u e t i b i p r o t e p o r e v i s u m f u e r i t , c u m v e r t e s : t u m L u n a e c e l o d e u o c a s . Q u i n e x S o l e a l i q u o t i e s c o p e l l i s l e n t u m a p u d C l y m e n e m c e s s a r e a u r i g a n d i m u n e r i s o b l i t u m , n a m q u i c q u i d i n u i r i a i n m e m a t r e m e t i a m c o m m i t t i s , a u d a c t e r a c t a n a q u a m t u t o f a c i s . V e r u m t u q u i d e m o d e r a m o n i u m c o f i d e n t i s s i m e , R h e a i n s u p e r i p s a m i a m a n u m , p r a e t e r a d e o r u m t a m m u l t o r u m p a r e n t e m , e t o p e r p u l i s t i , v t p u s t o n e m a d a m e t , a t q u e i n P h r y g i u m i l l u m a d o l e s c e t u l u m d e p e r e a t , a c t u a i a m o p e r a i n s a n i , i u n c t i s q u e l e o n i b u s , a d h i b i t i s i t e m C o r y b a n t i b u s , q u i p p e q u i , e x i p s i f u o r e q u o d a m s u n t a f f l a t i , p e r I d a m m o n t e m f u r s u m , a c d e o r s u m o b e r r a t , i p s a q u i d e m A t t i s a m o r e c i u l a n s . C a e t e r u m C o r y b a n t u m a l i u s s u m i p s e p e n e m e n s e d e s e c a t , a l i u s d e m i s s a c o m a p e r M a t i . m o n t e s f e r t u r i n s a n u s , a l i u s c o r n u c a n i t , a l i u s t y m p a n o t o n a t , a l i u s c y m b a l o p e r s t r e p i t , b r e u i t e r , o m n i s v n d i s q u a g u e I d a t u m u l t u s a t q u e i n s a n i a p l e n a e s t . P r o i n d e c u n c i t i m e o m c t u b n e t a l e q u i d a c c i d a t , q u a n d o q u i d e t e p r o d u x i ,

D I A L O G I V A R I I .

71

p r o d u x i m a l u m i n g e n s , v t s i q u a n d o r e s i p i s c a t R h e a , v e l p o t i u s s i p e r g a t i n s a n i r e , C o r y b a n t i b u s i m p e r e t , v t t e c o r a c e p t u m d i s c e r p a n t , a u t l e o n i b u s o b i s c a n t . H i c m e s o l i c i t a t i m e t u s , q u o d v i d e a m t i b i p e r i c u l u m i n n i n e r e . C V P . O c i o s o a n i m o e s t o m a t e r , s i q u i d e l e o n i b u s e t i a m i p s i s i a m f a m i l i a r i s s u m f a c t u s , i t a v t s a p e n u m e r o c o n s e n s i s c o r u t e r g i s , p r e c h e n s a q u e i u b a , e q u i t i s r i t u i n s i d e n s i l l o s a g i t e m . A t v e r o i l l i i n t e r i m m i h i c a u d i s a d b l a n d i u n t u r , a c m a n u m o r i i n s e r t a m r e c e p t a n t , l a m b u n t q u e , d e i n d e m i h i c r e d d u n e i n n o c u a m . P o r r o R h e a i p s i q u a n d o t a n d e m v a c a u e r i t , v t m e v l c i s c a t u r q u u m i m A t t e s i t t o t a ? P o s t r e m o q u i d e g o p e c c o , q u u m r e s p u l c r a s , v t s u n t , o f f e r o a c d e m o n s t r o ? V o s n e a p p e l l i t e r e s p u l c r a s : q u a r e h u s d e r e b u s n e i m m e c r i m e n c o n f e r t e . N u m v i s i p s a t u m a t e r , v t i n e q u e t u p o s t - b a c M a r t e m a m e s , n e q u e i l l e t e ? V E N . V t e s p e r u i c a x , e x n u l l a i n r e n o n s u p e r a s : a t t a m e n b o r u m q u a t d i x i , a l e g a n d o m e m i m e r i s .

D O R I D I S E T G A L A T E A E D I A

logus, Def. Erasmo Rot. interprete.

D O R I S .

F o r m o s u m a m a n t e m G a l a t e a , n e m p e S i c u l u m i s t u m p a s t o r e m a i u n t a m o r e t u i d e p e r i r e . G A L A . N e r i d e D o r i s : e t e n i m q u a l i s q u a l i s e s t , N e p t u n o p a t r e p r o s g n a t u s e s t . D O R . Q u i d t u m p o s t e a , s i v e l I o u e i p s o s i t p r o g e n i t u s , q u u m v s q u e a d e o a g r e s t i s , a t q u e h i s p i d u s a p a r e a t , q u o d q u e e s t o m n i u m d e f o r m i s s i m u m , v n o c u l u s ? A n v e r o c r e d i s g e n u s i l l i q u i c q u a m p r o f u t u r u m a d f o r m a m e G A L . N e i s t h u c q u i d e m i p s u m , q u o d h i s p i d u s e s t , a t q u e a g r e s t i s , v t t u v o c a s , i l l u m d e f o r m a t , q u i m v i r i l e m a g i s e s t . P o r r o

LVCIANI

Porrò oculus media in fronte decet etiam, quo quidem nisi
hilo segnius cernit, quam si duo forent. D O R. Videris
Galatea non amantem habere Polypheum, sed illum pos-
tius adamare, sic eum prædicas. G A L. Evidem haud
adamo, sed tamen insignem istam vestram insulcidi oppro-
brandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimurum in-
uidentia quadam isthuc facere videmini, propterea quod
ille quum forte aliquando gregem pasceret suum, nosq; è
litorali specula in littore ludentes cerneret in prominens
tibus Aetnae pedibus, quā videlicet inter montem, &
mare littus sese in longum porrigit, vos ne aspercerit quidem:
at ego omnī vna visa sim formosissima, eoq; in vnam me
conicerit oculum. Ea res vos male habet; nam argumentū
est, me forma præstatiorem esse ac dignorem, quæ amer-
vos contrā fastidias esse. D O R. An istud tibi putas in-
uidentum videri, si primum pastori, deinde lusco formosa
visa sis? quanquā quid aliud ille potuit in te probare, præ-
ter candorem? Is illi placet opinor, quod caseo, & lacti
affuerit: proinde quicquid his sit simile, id protinus pul-
chrum iudicat. Alioqui rbi libebit scire, qua sis facie, de
scopulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit
despectans, temetipsam contemplare, videbis aliud nihil
nisi perpetuum candorem: verum is quidem non proba-
tur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. G A L.
Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi babeo
amantem, quam interim ē vobis null. sit, quam vel pastor,
vici nauta, vel portitor aliquis miretur: cæterum Poly-
phemus (ut alia ne dicam) etiam canendi peritus est.
D O R. Tace ô Galatea, audiuius illum canentem, quum
nuper pruriret in te: sed ô sancta Venus, asinū rudere di-
xisse;

DIALOGI VARI.

72

xisses: nam lyra corpus similimum erat cervino capiti os-
fibus renudato, tū cornua perimde quasi cubiti promine-
bant, ijs iunctis, inductisq; fidibus, quas ne collope quidem
circum torquebat, agreste quiddam, & absolum cantilla-
bat, quum aliud interim ipse voce caneret, aliud lyra suc-
cineret, ita vt temperare nobis ne quiuerimus, quin ride-
remus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne respon-
dere quidem illi voluit balanti, quum sit adeò garrula, immo
puduisse, si visa fuisset stridulum illius, & ridiculum cä-
tum imitari. Ad hæc gestabat in vlnis amasius iste delicias
suas, vrsi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem. Quis
autem non inuidet tibi amicum istum Galatea? G A L A.
Quin tu igitur Dori, tuum ipsius amicum nobis common-
stra, qui meo sit formosior, quiq; doctius ac melius vel vo-
ce canat, vel cithara? D O R. Mibi quidem nullus est ama-
tor, neq; me hoc nomine iacto, quasi sim vehementer amas-
bilis, veruntamen istiusmodi amicum, qualis est Polyphe-
mus, nempe totus hircum olens, tum crudis vicitans car-
nibus, & hospites, si qui appulerint, deuorás, tibi habeas,
eumq; tu mutuum ames.

DIOGENIS ET ALEXANDRI DIA-

logus, Def. Erasmo Rot. interprete.

DIOGENES.

Q Vid hoc rei Alexader? ita'ne defunctus es tu que-
que perimde, atq; nos omnes? A L E X. Vides nimis
rum Diogenes, tametsi mirandum non est, si hos
mo cum fuerim, defunctus sim. D I O G E. Num ergo Iu-
piter ille Hammon mentiebatur, quum te suum filium
esse diceret, an verò tu Philippo patre prognatus eras?

A L E X.

ALEX. Haud dubiè Philippo: neque enim obijssem, si Hammonne parente fuisset progenitus. DIOGE. Atqui de Olympiade etiam consimilia quædam ferebantur, puta draconem quendam cum ea fuisse congressum, visumq; in cubiculo, ex eo gr. uideam peperisse t: porrò Philippū errare falliq;, qui se tuum patrem esse crederet. ALEX. Inaudieram quidem & ipse ista quemadmodū tu, at nunc video neque matrem, neque Hammonios illos ratus sani quicquam, aut veri dixisse. DIOGE. Attamen istud illorum mendacium Alexander ad res gerendas haudquam tam tibi fuit inutile, propterea quod vulgus te verebatur metuebatq;, quum deum esse crederet. Sed dic mibi, cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquisti? ALEX. Id equidem ignoro Diogenes: celerius enim è vita submouebat, quam ut esset ocius de illo quicquam statuendi, præter id vnum, quod moriens Perdicce annulum tradidi. Sed age, quid rideas Diogenes? DIOGE. Quid ni rideam? an non meministi quid Gracci fecerint, quum nuper tibi arrepto imperio adularetur, principemq; ac ducem aduersus Barbaros deligerent? nonnulli vero in duodecim deorum numerum referrent, ac phana constituerent: deniq; sacra facerent tanquam Draconis filio? Sed illud mihi dicio, ubi te sepelierunt Macedones? ALEX. Etiam dum in Babylone taceo tertium iam diem: porrò Ptolomeus ille satelles meus, si quando detur ocius ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Aegyptum deportaturum me, atque inibi sepulturum, quo videlicet unus siam ex dijs Aegyptijs. DIOGE. Non possum non ridere Alexander, qui quidem te videa etiam apud inferos desipientem sperantemq; for, ut aliquando

vel Anubis sias, vel Osiris. Quim tu spes istas omittis ò diuinissime, neque enim fas est reuerti quenquam, qui semel paludem transmisericit, atq; intra specus biatū descendenter, propterea quod neque indiligens est Acacu, neque contemnendus Cerberus. Verum illud abs te discere peruelim, quò seras animo quoties in mentem redit, quanta felicitate apud superos relicta hac sis profectus, puta corporis custodibus, satellitibus, ducibus, tum auritanata vi, ad hoc populis qui te adorabant: præterea Babylone, Baetris, immobibus illis beluis, dignitate, gloria: deinde quod eminebas conspicuus, dum vectareris, dum amiculo candido caput haberet rciuinctum, dum purpura circumamictus es? nunquid hæc te discruciant, quonies recursant animo? Quid lacrymas stulte? an non id te sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas, quæ à fortuna proficiuntur, stabiles ac firmas existimares? ALEX. Sapiens ille, quum sit affectorum omnium perditissimus? Sine me solum Aristotelis facta scire, quam multa à me petierit, quæ mibi scripsit: deinde quemadmodum abusus sit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione ceteris præstare, quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me, nunc ob formam, tanquam & ipsa summi boni pars quædam esset, nunc ob res gestas, atque opes: nam has quoque in bonorum numero collocandas esse cœsebat, ne sibi vitio derteretur quod eas acciperet. Planè præstigiosus vir ille quidem erat, ac fraudulentus ò Diogenes: quanquam illud fructus scilicet ex illius sapientia fero, quod nunc perinde quæsi summis de bonis excrucior ob ista quæ tu paulò ante commemorasti. DIOGE. At scin' quid facies, ostendam tibi molestiae istius remedium.

Quandoquidem his in locis veratrum non prouenit, fac ut Lethei fluminis aquam audis faucibus attrahes bibas, iterumq; ac saepius bibas: atque eo pacto desines de bonis Aristotelicis discruciar. Verum enim Cletum etiam illum & Calisthenem video, cumq; his altos complureis raptim hoc se se ferentes, quo te dicerpant, penasq; sumant ob ea quae quandam in illos commisisti. Quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius (ut dixi) bibas.

MENIPPI ET CHIRONIS
dialogus, Des. Erasmo Rot. interprete.

MENIPPVS.

Equidem inauditi Chiron, te, deus quum esses, tam men optasse mortem. **C H I R.** Vera nimurum sunt ista quae audisti Menippe, planeq; mortuus sum, sicut vides, quum mihi licuerit immortalem esse. **M E N I P.** At quem te mortis cupido tenebat, rei videlicet, quum vulgus hominum horreat? **C H I R.** Dicam apud te, virum neutiquam stultum, atque imperitum: iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. **M E N I P.** Quidam in iucundum erat te viuere, lucemq; tueri? **C H I R.** Erat inquam Menippe: nam quod iucundum vocant, id ego neutiquam simplex, sed varium quiddam esse arbitror. Verum quum ego semper viuerem, atq; ijsdem perpetuo rebus vterem, sole, luce, cibo, tum horae cædē recurrerent, reliqua item omnia quæcunq; contingunt in vita, reciproco quodam orbe redirent, atq; alijs alia per rives succederent, satietas videlicet eorum me cepit. **Nec enim in eo**

in eo voluptas est sita, si perpetuò fruaris ijsde, sed omnino in permutando posita est. **M E N.** Probabo queris Chiron: cæterum hec que apud inferos agitur vita, quimam tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te contulisti? **C H I R.** Haud insuauiter Menippe: si quis dem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populare. Nihil autem interest, vtrum in luce quis agat, an in tenebris: prætereà neq; sitiendum est nobis quemadmodum apud superos, neq; esuriendū, sed ciusmodi rerū omnium gentia vacamus. **M E N.** Vide Chiron ne temet ipse inuoleras, ne'ue eôdem tibi recidat oratio. **C H I R.** Quamobrem ijsfhuc ait? **M E N.** Nempe si illud tibi fastidio fuit, quod in vita semper ijsdem similibusq; rebus vtedū erat, quum hic itidem similia sint omnia, eundem admodū parient fastidium. At de integro tibi querenda erit vita communatio, atq; hinc quopiam aliam in vitam dêmigrandum, id quod arbitror fieri non posse. **C H I R.** Quid igitur faciendum Menippe. **M E N.** Illud nimurum, vti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & vulgo prædicant, præsentibus rebus sis contentus, boniq; consulas quod adest, neque quicquam in his esse putas, quod ferri non queat.

MENIPPI, ET CERBERI, DIALOGUS,
Des. Erasmo Rot. interprete.

MENIPPVS.

Heus Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatus quædam intercedit, quum & ipse sim canis: dic mihi per Stygiam paludem, quomodo se habeat Socrates, quum hoc accederet? Verisimile est autem te, deus quum sis, non lustrare modò, verum etiam humano

L V C I A N I

more loqui, si quando velis. C E R. Quum procul ad
buc abesset Menippe, visus est constanti, atque interris-
to adire vultu, perinde quasi mortem nihil omnino formis-
daret, tanquam hoc ipsum velle ijs, qui procul à specus
ingressu stabant, ostendere: verum simulatque despexit
in hiatum, vidit' que profundum, atque atrum antri re-
cessum simulq; ego cunctantem etiam illum aconito mors-
dens pede correptum detraherem, infantium ritu eiula-
bat, suosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in
omnem speciem sc̄ se conuertens. M E N. Num igitur fu-
catè sapiens erat ille, neque vere mortem contemnebat?
C E R. Haud vere: ceterū ubi vidit id esse necesse, au-
daciam quandam præse ferebat, quasi vero volens id es-
set passurus, quod alioqui volenti nolenti tamen omnino
fuerat ferendum, videlicet quò spectatoribus esset mira-
culo. Evidem illud in totum de viris istiusmodi vere
possim dicere, ad fauces usque specus intrepidi sunt ac
fortes: porro intus quā sunt, nihil mollius neque fractius.
M E N. Ceterū ego quonam animo tibi visus sum subi-
sse specum? C E R. Unus mortalium Menippe sic mihi visus
es subire, ut tuo dignum erat genere, et prior te

Diogenes, propterea quòd neutiquam ada-
sti, subieritis, aut intrusi: verum tum
ploronei, tum ridentes, atque
omnibus plorare re-
quiantes.

P R A E F A

P R A E F A T I O , S E V

HERCVLES GALLICVS L V

ciani, D.Erasmo.Rot.interprete.



E R C V L E M Galli lingua gentis ver-
nacula Ogmium vocant. Porro deū ipsum
noua quadam atq; imusitata figura depin-
gut; decrepitus est apud illos, recalvaster,
reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè
canis, cute rugosa, et in aterrimū exusta colore, cuiusmo-
di sunt nautæ isti senes. Charontem potius aut Iapetum
quempiam ex his qui apud inferos versantur, dices. In-
summa, quiduis potius, quam Herculem esse coniçeres ex
imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis or-
natum gerit, ut qui tum leonis exuvium induitus sit, tum
clauam dexterā teneat, tum pharetram humeris aptatam
portet, tum arcum tensum lœua prætendat: denique mo-
dis omnibus Hercules est. Hec equidem arbitrabar in
Greccanorum deorum contumeliam perperam facere
Gallos, quum cum eiusmodi fingerent effigie, quo nimia-
rum illum talibus picturis vlciscerentur, quod olim in rea-
gionem ipsorum incursasset, prædas agens id temporis, quā
Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentiū ple-
rasq; regiones perustaret. At nondum etiam dixi id quod
erat in imagine maximè nouum atque mirandum: si quis
dem Hercules ille senex, ingentem admodum hominum
multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis: porro
vincula catenulae tenues auro electro'ue confecte, pul-
cherrimis istis monilibus adsimiles. At qui quum vinculis
usque ad fragilibus ducantur, tamen neḡ de fugiendo



LVC. HERCULES GAL:

cogitant, quum alioqui commode possint, neque prorsus obnuntuntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: verum lacres ac leti sequuntur, ducens tem admirantes, vtrò festinantes omnes, et laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauitate laturi, si soluerentur vinculis. Ne illud quidem pugnit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: etenim quum non inueniret pictor unde catenarum summissas ansas ne ceteret, videlicet dextera iam clavam, leua arcum tenente, summam dei linguam perterebrauit, atq; ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum, et oculos conuertebat, arridens. Hec ego quum diutius assistens essem contemplatus, admirans, hesitans, indignans: Gallus qui spiam, qui proprius astabat, nostrarium literarum non insidiosus, id quod declarauit, quū Graecanicam linguam absolute sonaret, philosophus opinor ex eo genere philosophorum, quod apud illos esse fertur: Ego tibi hospes, inquit, picturæ istius enigmæ explicabo: nam videre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Greci, verum Herculii illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longè robustior extiterit: nam quod senex fngitur, nihil est quod mirere. Siquidem una facundia consuevit in senecta demum absolutum vigorem ostendere, si modo verum vestri dicunt poëte.

Obduci tauenum densa caligine pectus.

Contrâ senectam posse quidam dicere,

Rudi iuventa melius ac præclarius.

Hinc videlicet apud vos et Nestoris lingua melle profuit,

D. ERAS. ROT. INTERP. 78

fuit, et Troianorum concionatores lirioessam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria si satis comemimi, flores appellantur. Proinde quod ab auribus vinctis ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores lingue cum auribus esse cognitionem. Neque vero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertusa est: nati memini, inquit, et lambicos quosdam versiculos è comedisis apua vos discere,

Siquidem viris loquacibus,

Extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem hinc in summa habemus opinionem, ut quicquid egit, id oratione facundius consecuisse putemus, ut pote viru sapientem, ac persuadendo pleraque sibi subegisse. tam tali illius nimiri rationes sunt acute, missiles, circata, atq; anima sauciantes: unde penniger a dicta vos quoque nominatis. Haec enim Gallus. Ac mihi quidem quum hoc me conferens mecum inter eius perpendarem, num decorum iam esset, ut tam grandis natu, quicquid iam pridè ab his doxæ certaminibus memet abdicasset, rursus me tam multorum iudicij calculis exponere indicandum, in tempore subiij animi meum eius picture recordatio: nam antehac verebatur, ne cui vestrum videretur haec admodum pueriliter agere, quasque preter etatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus adolescentulus illud mihi impingere dicens,

Aetas iam perijst tua: Tum illud:

Ac te corripit cariosa senecta, minister

Invalidusque tibi, et segnes, tardiusque caballi:

Videlicet eo secundate pedes meos notans. Verum quoties senex ille Hercules recurrit animo, ab quibus adducor ut

L 6 faciam.

L V C . E V N V C H V S

faciam, neque me pudet hæc audere, quum sim ipsi equilis imagini. Itaque robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, valeant, cumq; his tuus o Teieuates, Cupido, vbi me mento sub cano viderit, auro rutilantibus aliis, si videbitur, vel aquilas præterulet: neq; laborabit Hipoclydes, ino nunc vel maximè tempestivum fuerit fuscundia repubescere, florere, rigere, & quam licet plurimos ab auribus ducere, ac sepius arcu serire: quando guidem periculum non est, ne quando quis præter spem pharetram manu repcriat. Vides quibus modis etatem meam, meamq; senectutem ipse consoler animemq;, adeò ut non sim veritus nauim iam olim in terram subductam denou reuelgere, satisq; instructam armis, medium in pelagus demittere. Contingant autem a vobis o dij, offlatus secundi, quando nunc vel maximè, præsentे bono atq; amico, vento nobis est opus: quo si digni modò videbimus in nos quoq; dicat aliquis Homericum illud:

Quos profert senior pannis è vilibus armos:

E V N V C H V S , S I V E

P A M P H I L V S L V C . D E S.

Erasmo Rot.interprete.

N D E nobis aduenis Luciane, seu quidna re rrides? Semper tu quidem & aliis consueisti nobis hilaris ac festiuus occurrere verum isthuc manus aliquia solito videtur esse, de quo risum nec compescere queas. L V C . E' foro tibi adsum o Pamphile: porrò mox efficiā, vt tu quoq; mecum rideas, simulatq; audieris cuiusmodi litis adfuerim actioni, duobus philosophis inter se se cotendēs tibus.

D . E R A S . R O T . I N T E R P .

77

tibus. P A M . Iam isthuc ipsum profectò ridiculū est quod ait, philosophos inuicem lites agitare. Nam etiam si quid magni fuisset negotij, inter ipsos modestè citraq; pugnam controuer si am compositam oportuit. L V C . Quid ait? tranquille componant illi, qui quidem solidi plastra consuicijs onusta, alter in alterum effuderint, vociferates, misraq; peruvicacia contendentes? P A M . Videlicet de disciplinis atq; opinionebus Luciane, ita vt assolent, discentiebant, quod erant diuersæ factionis. L V C . Negua quam, ino aliud quiddam erat hoc, de quo dissidebant: nam eiusdem sectæ erant ambo, eiusdemq; scholæ, & tandem orta inter eos lis erat. Porro iudices qui cognoscebant, primates erant huius Reipub. natuq; maximi ac sapientissimi. Breuiter, apud quos pudescat aliquis etiam parum aptè quippiam eloquutus, nedum ad tantam prouectus inuercundiam. P A M . Quin tu igitur litis arguementum exponis, quo videlicet ipse etiam cognoscam, quæ res tibi tantum risum concitarit? L V C . Scis Pamphile salarium, id que neutiquam exiguum ab imperatore fuisse constitutum singulis philosophorum generibus: puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, cumq; his etiam Peripateticis: ita vt uniuicique sectæ præmium esset æquale. Ceterum demortuo ex his quopian, alius aliquis in eius locum subrogandus est, qui sit optimatum calculis probatus. Porro præmium illud, neque bubula pellis erat quæpiam, quemadmodum ait poëta, nec porcellus, verum singulos in annos decies mille nummum, quos accipiunt, vt doceant iuuentutem. P A M . Memini quidem ista. Quin aiunt nuper ex illis diem obijisse quempiam, alterum (nifallor) è Peripateticis. L V C . Hæc ipsa Pamphile Helen-

L 5 ne

ua, propter quam illi inter se singulari certamine conflictabant. Et hactenus quidem nihil etiam ridendum erat in illis præter hoc, quod quum philosophos esse se profiterentur, ac pecunias pro nibilo ducere, tamen earum gratia perinde atque pro patria in discrimen adducta, pro religione maiorum, pro monumentis progenitorum decertarent. P A M. Atqui Peripateticorum istud est decretum: non admodum esse negligendas pecunias: veriam eis in tertio quodam bonorum ordine esse ponendas.

L V C. Recte dicit: Nam ista quidem aiunt. Proinde bellum hoc ex maiorum iudicio, sententiæ illis extitit, verum que postea consequuta sunt, iam ausculta. Primum complures quidem alij in defuncti illius funebribus ludis decertabant, sed inter hos præcipue duo viribus pares: puta Diocles ille senex: nosti quem dicam, contentiosum illum inquam: prætered Bagous, qui quidem ea specie est: ut Eunuchus esse videatur. Inter hos initio de doctrina, deq; philosophie decretis atque opinionibus est decertatum: ex rterq; sui specimen ac documentum dedit, quod esset Aristotelica factionis, quodq; eius placita sequentur ostendit. At per louem in hoc certamine, neuter altero superior erat. Lis igitur hic deflexit denique. Diocles, desinens iam eruditioñis sue periculū ac specimen ostendere, ad Bagoum descendit, ac vitam illius in primis carpe re est aggressus. Bagous itidem huius vitam viciſim taxabat.

P A M. Idq; merito Luciane. Siquidem eius rei magis erat babendaratio. Proinde si ego fortè index cause sed ifsem, magis in hoc, ut mihi videatur, futurus eram occupatus: potiusq; spectifsem, uter moribus esset præstavior, quam uter ad disputandum ac dicendum promptior, atq;

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 80

illi potius, quam huic victoriam adjudicasse. L V C. Recet dicit: Equidem isti tua sententia meum et ipse calcum addo. Verum ubi iam conuijti, ubi maledictis es sentati, tandem Diocles illud aiebat nefas esse, vel conari aut proponere Bagouam, uti cum philosophie studio, cum que pulcherrimi illius premis commercium haberet, qui quidem Eunuchus esset. Imò hoc hominum genus, non solum ab eiusmodi contubernio secludi oportere, verum ab ipsis etiam sacris, ac vasis puris, breuiter ab omnibus publicis coetibus ejisci, ostendens inauspicatum quoddam et occursu infastum spectaculum fore, si quis manc domo egressus, vel videat istiusmodi quippiam. Atque hac de re multis verbis disserebat, affirmans Eunuchum neque virum esse, neque mulierem, sed quiddam utrinque compositum, eonflatum, plane que monstrum ab hominum natura specie que alienum. P A M P H I L. Nouam accusandi rationem nobis narrat Luciane. Iam que et ipse ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num obticebat? An vicissim et ipse quiddam ausus est ad ista respondere? L V C. Initio quidem pudore ac metu (nam id est istis familiare) diutius obticebat, erubescens interim, palamq; præ se ferens id quod erat. Tandem autem tenuem quandam ac muliebrem edes vocem, negabat aequum facere Dioclem, qui se quod Eunuchus esset, ob id à philosophia secluderet, cum qua fœminis etiam esset commertium. Allegabantur, Aspasia, Diotima, Thargelia, que causam illius adiuabant. Prætered Academicus quidam Eunuchus natione Gallus, qui paulo ante nostram ætatem maximi nominis apud Grecos floruisse. Porro Diocles etiam illum ipsum siquidem extaret,

extaret, ac simili negotio sese misceret, prohibiturā sese respondit, nihil expaefactum opinione, quam apud vulnus obtinebat. Ad huc quum ipse quædam dictoria in illos iaciebat, tum referebat in eum, quæ à Stoicis maxime; Cynicis dicta ad risum concitandum erant idonea, de corpore mutilo atque imperfecto. Hac in re iudicum cognitio versabatur. Deniq; totius causæ iam illud caput esse cœpit: Num Eunuchus idoneus esset censendus, qui ad philosophiam admitteretur, qui que iuuenibus præfici postulareret, quum alter interim formam etiam, ac corporis integratatem, in philosopho requirendam esse diceret. Maximè verò uti barbam altam ac promissam gerat, quod videlicet ijs, qui discendi cupidi aduenirent, vir gravis appareat, et is cui fides haberi debeat, neque indignus videatur decem illis drachmarum milibus, quæ forent ab imperatore capienda. Cæterū Eunuchorum conditionem etiam quād Spadonum esse viliorēm. Nam illos aliquando virile quiddam expertos fuisse, ad hunc ab ipso statim ortu fuisse exceptum, planeq; animal esse quoddam variū atq; anceps, non alter quād cornices, quæ neque inter columbas, neq; inter coruos numerari queant. Alter contrā responderet eo iudicio non de corporis agi figura, verū de animi virtute, proinde mentis qualitatē expondi oportere, de' que dogmatum cognitione querendū esse. Eius rei testis citatus Arioteles, qui guidem Ermeam Eunuchum Atarne oriundum tyrannum supra modum sit admiratus, adeò, ut illi perinde atq; Dijs sacra fecerit. Ausus est et illud addere Bagoas, multò magis idoneum esse eunuchum, cui adolescentes erudiendi credantur, quid ab hoc nulla in illos calumnia posſit hæretere, neq;

Socraticum illud crimen in hunc competit, quod adolescentulos corrumpat. Deinde que ille potissimum in mentum imberbe fucrat cauillatus, ea hic facete, ut ipsi quidem videbatur, reiecit. Et enim si è barbae prolixitate, inquit, philosophos estimare conuenit, nimirum bixcus ante omnes primas tenebit. Hic tertius quidam assistens (nomen hominis silebitur) atqui iudices, inquit, hic malis leuiibus, ac fœminea voce, reliquoq; corporis habitu Eunicho adsimilis, si quis uestes detrahat, egregie vir esse videbitur. Alioqui mentiuntur qui ferunt eum cum aliis quando in adulterio deprehensum, membra in membris, ut legum tabule loquuntur, habentem: atque id quidem temporis ad Eunuchum configisse, eaq; reperta latebra absolutum fuisse, quum iudicibus crimen persuaderi non posset, ut qui è specie hominem iudicarent Eunuchum. At nunc mihi palmodiam canturus videtur, idq; propter ostentatum præmium. Hæc quum dicerentur, omnib; ut par erat, risus est obortus. Porro Bagoas magis etiam perturbabatur, omnem in speciem sese varians, atq; in innumerabiles versus colores, tum frigido sudore fluens, ac neque decorum sibi existimabat adulterij crimen agnoscere, neque rursum eam accusationem inutilem ad praesens certamen arbitrabatur. P A M. Profectò deridicula sunt ista Luciane, neq; vulgarem vobis, uti coniectandum est, voluptatem præbuerunt. Verū quō tandem res euauit? Et quid super his pronunciarunt iudices? L V C. Non erat eadem omnium sententia. Verū alij quidem visum est, uti nudato illo, quemadmodum in emptitijs seruis fieri consuevit, inspicerent, num in ijs quæ ad penem pertincent, philosophari posset. Alij verò sententiam dixerunt,

LVC. DE SACRIFICIIS

multò magis etiam hac ridiculā, nempe ut accersitis ē lus
stro mulieribus aliquot, iuberet illum cum illis congre-
di, ac viri officio fungi, astante interim ē iudicibus quos
piam, qui quidem esset natus maximus, fideq; spectatissima,
qui inspiceret, num philosophum præstareret. Hec vbi om-
nium risu fuissent excepta, neq; quisquā omnino adesset,
cui non doleret aliis risu concussus, visum est, ut integra
causa in Italianam rei sceretur. Et nunc alter, ut aiūt, ad clo-
quentia ostentationem semet exercet, atq; instruit, &
accusationē quād elaboratissimā meditatur, adulterij cri-
men aggrediens, id quod ipsi maximē aduersatur. Quod
quidem & hic facit, iuxta malorum rhetorū morem, quum
ex ipso criminē aduersarium inter viros recenset. Contrā
Bagoas diuersa cura, quemadmodum audio, & assidue vis-
rum agit, negotiumq; p̄ manibus habet. Postremō victu-
rum sese sperat, si modō docere possit, se nihil deterio-
rem esse equas ineuntibus asinis. Id enim amicē visum est
optimum philosophie documentū, atq; vna demonstratio,
quae refelli non queat. Proinde optarim, ut filius qui mihi
est adhuc admodum adolescentis, non animum & linguam,
sed penem haberet ad philosophiam idoneum.

29 LVCIANVS, DE SA-
CRIFICIIS DES. ERASMO
Roterodamo interprete.



N I M V E R O si quis recensere velit,
quae stultiissimi mortales factitant in sacrīs,
in festis diebus, in adeundis salutandis quæ
dijs, tum quas res ab illis petant, quæ vota
faciant,

D. ERAS. ROT. INTERP. 82

faciant, cuiusmodi sint, quæ de illis sentiunt, statuuntq;, e quidem haud sciō, sit ne quisquam animo curis ita confes-
cio, vñq; adeò moestū quin risurus sit, vbi perpenderit ne-
gotij, tum absurditatē, tum amentiā. At multò antequam
ridere incipiat, opinor secum illud expendet: vtrum pios
istos appellari conueniat, an contrā dijs inimicos, atq; in-
felices, ac Genios malos, qui quidem numen ipsum rem vñ
queadeò humilem atque abiectam existimant esse, ut hu-
manis egeat obsequijs, vtq; adulatio[n]e capiatur ac gau-
deat: rursum ut stomachetur, atque iracundē ferat, sine-
gligatur. Nam Aetolica illa mala, simul' que Calydonio-
rum calamitates, totq; hominum cædes, ad hæc & Me-
leagri interitum, hec omnia à Diana autore profecta esse
prædicant, quæ videlicet grauiter ferret, quod ab Oeneo
non esset ad sacrificium adhibita. Vsqueadeò nimirum al-
tè dolor hic animo illius infederat, quod sacris epulis effet
frustrata. Quim illam iam mibi videre videor, ut erat id
temporis in cœlo solitariam, reliquis dijs ad Oenei coniu-
niūm profectis foras, misericordis gerentem sese, ac mi-
serabiliter eiulantem, quod ab eiusmodi festo effet absu-
tura. Contrā Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis
felices quis dixerit, si modō Iupiter illis gratiā refer-
ret pro humanitate, quam in initio poëmatis Homericē
in ipsum exhibuerat, duodecim perpetuos dies epulis de-
ceptum, id'que, quum reliquis etiam dijs comitatus ad
coniuiniūm veniret. Vsqueadeò nihil, ut appareat, quicun-
quid faciunt illi, gratis faciunt: verum sua bona vendunt
mortaliibus, atq; emere quidem ab illis licet omnia, puta
bonam valetudinem bucula, diuinitas bobus quatuor, tum
regnum bobus centum. Prætereā soſitem ab Troia in
Pyram

Pylum redditum tauris nouem. iam ex Aulide ad ilium transmittendi facultatem regia puella. Nam aliis quidam, ne id temporis vrbs caperetur, à Minerua mercatus est bobus duodecim, ac peplo. Verisimile est autem, esse preterea quædam, quæ vel gallo, vel corolla, vel solo thure ab illis redimi queant. Hec igitur quum non ignoraret, opinor, Chryses ille, utpote tum sacerdos, tum senex, divisoriarumq; rerum egregie peritus, postequam re infesta redisset ab Agamenone, tanquam qui pridem Apollini mutuum dedisset beneficium, ita nunc imputat ac reposcit vicem, quim conuiciatur etiam propemodum, nempe quum sic ait. Evidem Apollo egregie, templum tuum, quum id temporis adhuc esset in coronatum, se penumero coronis ornauit, deinde tam multas tibi in aris adolci coxas taurorum, pariter atque caprarum. At tu contra, me negligis, quū huiusmodi patiar iniurias, pro' que nibi illo ducis hominem bene de te meritum. Qua quidem oratione in tantum ille pudefactus est, ut protinus arrepto arcu, ac supra nauium stationem sese collocans, pestem in Græcorum copias iacularetur, ne mulis quidem ex canibus intactis. Sed quoniam de Apolline incidit mentio, referam de eodem & alia, quæ de illo sapientes isti tradunt, non illa quidem, quoties quam infeliciter amarit, non Hyacinthi cædem, neq; Daphnes superbitum, verū quemadmodum damnatus etiam fuerit, & ob Cyclopes imperfectos in exilium exactus. Vnde factum, ut è cælo in terram demitteretur, humana iam forte usurpus, nostrisq; mali factus obnoxius. Præterea autem quemadmodum in Thessalia mercenariam operam suam locarit apud Admetum, tum item in Phrygia apud Laomedontem, atque apud

apud hunc quidem haud solus, verū cum Neptuno, quum ambo propter egestatem lateres componerent, inq; construendis moenibus operam præstarent. Ac ne mercedem, quidem solidam à Phryge illo tulerunt, verū debebat illis adhuc de summa, ut ferunt, plus triginta drachmas Troiani numismatis. Quid enim? An non hec in deorum honorem fabulantur poëtæ? atque his etiam multò diauiniora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rheo, deniq; de vniuersa ferme lous familia, idq; inuocatis, veadsint canentibus in exordio poëmatum, Musis, à quibus tandem velut afflati numine, id quod apparet huicmodi quedam cantant. Quemadmodum Saturnus ut primum cœlum patrem suam execuisse, ipse in eo regnauerit, deinde liberos suos deuoravit, sicuti ferunt fecisse & Argium illum Thiestem. Deinde quemadmodum Iupiter furtum occultatus à Rhea, saxum pueri loco subiicit, in Cretam sit ablegatus, atque inibi à Capella nutrice sit alitus, itidē videlicet, ut Thelephus à cerua, Cyrus Perfa, is qui prior regnauit, à cane narratur enutritus. Postea quemadmodum expulso patre, atq; in vincula coniecto, ipse potitus sit imperio. Duxerat autem uxores compluris quidem alias: sed postremo loco lunonem germanam idq; iuxta Persarum & Aſyriorum institutum. Tunc autem quidam esset in amores propensus, atque in venerem effusus, facile cœlum liberis compleuerit. Quorum dios ex sua sortis deabus crebarit: alios contrā nothos, ex mortali terrestriq; genere sustulerit. Quum interim generofus ille, nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum, aut aquillam verteretur, ac in summa pluresibi formas efficeret, quam del Protheus ipse. Porro Mineruanum ē suo

LVC. DE SACRIFICIIS

Ipsius capite proge enuit, hanc planè sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum imperfectum adhuc (ut aiunt) è matre etiamnum conflagrante surreptum, in suum femur illatum defodit. Deinde vrgente partu, execuit. Nec bis dissimilia de Iunone etiam canunt. Nempe hanc circa virilem congressum, subuentaneo conceptu grauidam puerum edidisse Vulcanum: atque cum quidem non admodum fortunatum, verum excusorem, ac fabrum ararium, quiq; perpetuo tum in igni, tum in fumo versetur, ac scintillis opletum: quippe cuius ars in fornacibus exerceatur.

Tum autem ne pedibus quidem integris: claudicare enim è ruina quum à loue præceps datus esset è celo. Quod nā Lemnij pro sua bonitate cum, dum adhuc ferretur in aere succipiēt, perierat nobis Vulcanus: nō aliter quam Aya nax è turri deiectus. Quanquam quæ de Vulcano narrant tolleranda videantur. Ceterum de Prometheo, cui non cognitum est, quām atrocias sit passus, propterea quod sua præmodum humanæ gentis amans fuerit: Siquidem hunc Iupiter in Scythiam deportatum, super Caucasum montē cruci suffixit; adhibita illi Aquila, quæ iecur illius assidue circumrodere. Hic itaque poena pendit. Porro Rhea (nam sunt hæc quoque simul referenda) an non indecora, atque indignè facit? iam anus quum sit, etate exacta, ijsq; rebus intempestiuæ; deinde tam multorum mater deorum, dum pueros adhuc adamat, eosq; Zelotypia prosequitur: dumq; Atten ipsum leonibus secum circumuectat, præserit quum iam utilis esse non queat. Itaque quinam post hac ritio vertat aliquis, vel Veneris quod adulteretur, vel Diana, quod ad Endimionem frequenter medio e cursu diuertens descendat? Sed agè missas

D. ERAS. ROT. INTERP. 82

missas faciamus has fabulas: atque ipsum cœlum conscendamus, poëtico illo more subuolantes: ea nimirum via, quam unam pariter cum Homero Hesiodus commonstrat, contemplatur, quem in modum singula apud illos sint ordinata. Ac primum quidem quod forinsecus fit seruum: vel ab Homero, qui id ante nostram etatem disxit, audiuiimus. Quod si superas, ac sublate paulum capite sursum aspiceris, ac planè in ipsum quasi dorsum perueniris, ibi simul erit lumen apparet candidius, et senior sol, et astralgentiora, nihilq; vsquam oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum undiq; aureum. Ceterum introgredienti, primo loco mansitant Hora: quippe portas seruant. Post eas Iris ac Mercurius: ut postem ministri Louis et internuntij. Deinde Vulcani fabrilis officina, omnigeno referta artificio. Postea deorum aedes ac Iouis ipsius regia: quæ quidem omnia Vulcanus pulcherrime fabricatus sit. At verò dij iuxta louem assidentes (conuenient enim opinor, ut in superenis illis sedibus magno strepitu, fastuq; viuatur) in terram despiciunt: et quoquo verum intento capite, circunspicit, scilicet subuolantem ignem videant, aut nidorem in aere surgentem circaq; suum rotante mense. Quod si quis forte sacrū faciat, epulantur omnes fumo inhiantes, ac muscarum in morem sanguinem exugentes circum aras effusum. Alioqui si domum cibum capiant, ne etare atq; ambrosia vicitant. Nam olim homines setiam ab illis in conuiuū sunt adhibiti, unaq; cum eis potarunt: nempe Ixion ac Tantalus: verum illi quoniam vim ex raptum pararent, essentq; futilis et gariili, ob id in hunc quoq; diem penas lunt. Porro reliquo mortalium generi cœlū iam in accessum est, atq; occultum.

LVC. DE SACRIFICIIS

Et hunc quidem modum vniuitur à diis. Proinde vide-
licet et iam mortales ipsi in colendis illis consimiliaque-
dam, atque his consentanea moluntur. Nam primum lu-
cos illis attribuerunt, tum et montes dicarunt, preterea
aues consecrarent: deinde suam cuique arborem assignarunt.
His factis per regiones illos distributos coloni, eosque ve-
luti in ciuitate suam receptaverunt. Nempe Appollinem Dela-
phi, Deliqs; Mineruam Athenenses: que quidem ex cis
Athena dicta, vel ipso vocabulo se ei Reipub familiarem
esse testatur. Argivi lunonem; Mygdoni Rheum; Vinea-
rem Paphijs. Rursum autem Cretenses Loue affirmant, non
modo vixisse apud sece nutritum q; suis: verū etiam se-
pulchrū illius ostendūt. At nos scilicet interim tam nul-
lis iam seculis fallimur: qui quidē opinemur loue sonare,
pluere, reliquaq; omnia peragere. Et illud nos latuit, cum
iam olim fuisse defunctū, et apud Cretenses sepulcū. Des-
indeverò phanis in honorem illorum erectis, ne teclis vis
delicet, aut penatibus careant, formas illorum exprimit,
adhibito ad id vel Praxitile, vel Polycleto, vel Phidio.
At hi quidem artifices, haud scio ubinam vijam, eorum
effigiem representant. Ac louem quidem barbatum fu-
gunt. Appollinem verò semper puerum. Mercurium iam
pubescentem, primamq; ducentem lanuginem. Neptunum
nigro capillatio: cæsis oculus Mineruam. Attame qui tem-
pla ingrediuntur, nō iam arbitratur sece videre, vel ebur
ab Indis adiectum, vel è Thracum venis effossum aurum:
verū ipsum Saturni Rheæq; filium d Phidio in terram
hostitem adductum, iussumq; Pisaniorum in solitudine
custodem ac speculatorum assestere: idq; hoc contentum
præmio, bonique consulente, si intra quinq; perpetuos an-

D. ERAS. ROT. INTERP. 38

nos dum olympia celebrantur, interim obiter illi sacrifici-
cat aliquis. Tum autem constitutis aris, designatis facro-
rum septis, puris vasis collocatis, victimas offerunt: boue
arato rem agricola, agnum opilio, capram caprarius. Est
qui thus, est qui placentulam offerat. At si quis pauper: is
ita deo litar, ut dexteram duntaxat suam ipsius exoscule-
tur. Iam verò quum immolant (nam ad illos redeo) primū
sertis coronant pecudem, multoq; antea explorant, num
legitima sit et sacris idonea: ne quid forte malent, ex
his quae religio repudiat: deinde ad aram applicant, ac sub
oculis dei iugulant, flebile quiddam emugientem, beneq;
sicut licet conijcere, ominatam: deniq; voce iam leuiore
ad sacrificibas respondentem. Quis verò non facile con-
iectet gaudere deos, quum ista spectant? Quim ex in-
frontispicio posita scriptura denunciat, ne quis intra pu-
ra via consilat, qui manibus sit impuris. At qui sacrifici-
cū ipse sanguine fecerat, neque aliter quid Cyclops ille
pecudem incidit, intestina educit, cor reuellit, cruentem
are circunsfundit. Et quid tandem non obiens, peragensq;
quod ad pietatem, sacrorumq; ritu pertinet? Post om-
nia demum incenso igni, capram ipsam pariter cum pelle
deportata imponit: ipsam item cum lanis oves. Nidor
interim ille sacer atque diuinus sursum fertur, atque in
ipsam usq; oculum subiectus paulatim diffunditur. Iam vero
et cytha reliquis omnibus hostiis omisis, ut quas riles
atque humiles existimant, ipsos homines malant Diana.
atque eo ritu deam placant. Verum hec fortassis modeſta
videantur: cumq; his ea que faciliunt Assyrjs, que Phry-
ges, que Lydi. Verum, si in Aegyptum proficiantur: ibi
denū, ibi videbis pernulta religiosa, planeq; celo digna.

LVC. DE SACRIFICIIS

Puta bouem arietino vultu; Mercurium illum optimum facere canina; Panem vero totum hircum. Adhaec alii ibim, aliud Crocodilum, aliud etiam Simiam. Quod si his quoque de rebus

Quo planè per nosse queas, didicisse libebit.
complureis sophistas audies: tum sribas, ac prophetas, mento raso, qui tibi narrent (sed prius, vt dici solet, fores occlude prophane) quem admodum videlicet quondam ea seditione territi, quam mouerant hostes atque gigantes, in Aegyptum deue nerint: vt illuc in posterum tui ab hostibus latitarent. Et ob eam causam aliis hircum induerit aliis arietem, nimirum pre formidine, aliis feram, aliis auem. Atque hinc esse vt dij nunc etiam eas obtineant formas, quas id temporis assumpserant. Nam haec diligenter manuata literis, idq; ante annos plus decies mille in adytis illorum reposita seruantur. Porro sacrorum peragendorum idem ferme apud illos ritus, nisi quod hostiam luctu prosequuntur: iamq; mactate circumfusi membra laniant. Sunt qui sepeliant duntaxat, postea quam occiderint. Nam Apis ille, qui quidem deus apud illos est maximus, si quans do moriatur, quis usque adeo magni faciat cæsariem suam, qui non eam detundeat, ac nudo capite luctum praeseferat: etiam si vel purpuream. Nisi coniam haberet? Est autem hic Apis deus ex armento iam ante suffragijs designatus: vt pote malto formosior ac venerabilior reliquis illis priuatis et gregariis bubus. Hec igitur quum sic habeant, et tamen a vulgo vera, seriatq; credatur: mibi quidem postulare videntur, no qui reprehendat, sed vel Heraclitum potius aliquem, vel Democritum: quorum hic amentiam eorum rident, ille deploret inscitum.

LVCIA³

LVCIANVS DE ASTROLOGIA, DES.

Erasmo Rot.interprete.



E cœlo, deq; astris est nobis institutus sermo. Non de ipsis quidem astris, neque ipso de cœlo, verum de divinatione ac veritate, que ab illis in hominum vitam proficiuntur. Neque rursum mihi libellus hic se traditurum aut doctorum profitetur, quo pacto divinationem hancasse qui licet. Sed illud queror doctorum omnium cum in ceteris omnibus exerceant se, suisq; omnibus tradant, solam Astrologiam nec habere in pretio, nec exercere. Atqui hoc doctrine genus vetustum est, neque nuper ad nos peruenit, sed inuentum est, priscorum regum, quos dij amabant. At huius etatis mortales non solum inscitia socordiaq; verum etiam odio laboris, diuersa ab illis sentiunt. Cumq; forte inciderint in eos qui falsa praedican, tum et astra culpant, et ipsam Astrologiam habent exosam, neq; salutarem eam, neq; veridicam arbitrantur. Sed artem magis falsam atq; inanem, haud rectem, sicuti mihi quidem videtur, sentientes. Neq; enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur, neq; ob cantoris inscitiam, ipsa musica parum est eruditia; quin illi potius artium sunt ignari. Ceterū ars unaqueq; sapientia natura scita est. Primum igitur Aethiopes hanc rationem mortaliibus tradiderunt. In causa fuit partim genitius eius sapientia. Nam ceteris quoq; in rebus Aethiopæ reliquos homines antecellunt sapientia. Partim regiones, quam incolant

M 4

opotiss

LVC. DE ASTROLOGIA

opportunitas, propterea quod apud eos perpetua sit ecclis serenitas, tranquillitasq; , neque patiuntur anni mutaciones, sed eisdem temperie viuunt. Itaq; cum primum viscerent Lunam non semper eadem vulnu apparentem, sed variis subinde specie, et in diam, atq; aliam verti formam visa est illis eares admiratione, atq; disquisitione digna. Deinde cum inquisissent, repopererunt hanc esse earum rerum causam, quod luna non esset lumen proprium, sed a sole nütutatum. Inuenerunt autem, et reliquarum stellarum motus, harum quas nos errores appellamus, nam stellarum haec sole mouentur, naturamq; earum, ac potestatem effectus, quos unquam eque predet nominibus quoque inditus, non illis quidem vtunc visum est, confitit: sed que notae rerum essent. Hec igitur in celo perspexerunt Aethiopes, mox Aegyptiis finitimus artem imperfectam traxerunt. Porro Aegyptiis diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam accepérant, in maius prouixerunt: quippe qui mensuram etiam, ad quā vsique stella moueretur, indicarint. Adhuc annorum, mensium, horas ramque numerū instituerunt. Ac menses quidem illi luna metiuntur, atq; eius recursu finiunt. Annum vero sole, et huius circuitu metiuntur. Quin bis etiam maiora ostendebūt. Nam ex uniuerso celo reliquisque stellis, et errantibus, et fixis, neq; simili cum ceteris se mouentibus, duodecim partes effecerunt in his que mouentur, et unamquaque suis animalibus representarunt, partim minus, partim homine, partim feris, partim volatilibus, partim pecudibus. Vnde et sacra Aegyptiorum varie sunt. Neq; enim omnes Aegyptiis, ex omnibus duodecim partibus diuinabat. Sed alij alijs vtebatur partibus. Itaq; arietē colunt,

D. E R A S I R O T. I N T E R P. 85
 colunt, qui ad Arietem spectabant: pisibus non vescuntur, qui Pisces anno tarant. Nec hircum mactant, qui Cas pricornum viderant, atq; alij item alia venerabantur, que quisque muenerat. Quin taurum etiam ob honorem coelestis Tauri colunt. Num Apis apud illos, res in primis sacra, regionem sortitus est, et qui eam incolunt partem, oraculum quoq; dicunt, signum videlicet divinationis, quam a cœleste Tauro petunt. Ac non multò post Libyes quoq; artem hanc sunt aggressi. Siquidem et oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cœlum, et huius sententiam refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis species fingunt. Calluerunt autem hec omnia et Babylonis, atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verum ut ego existimo, multò posterius ad hos scientia peruenit. At verò Græci nec ab Aethiopibus, nec Aegyptiis de Astrologia quicquam audierunt. Verum illis Orpheus Oeagro Calliope que prognostus, primus ista monstrauit, non ille quidem admodum dilucidè, neque rem clarè docuit, sed præstigijs, ac mysticis inuolucris obteexit. Sic enim illi visum est. Nam concinnata lyra, Orgia instituit, sacrasque cantiones decantabat. Porro lyra cum septem haberet chordas concentum mobilium stellarum representabat. Hec conquirens atque hec agitans Orpheus, omnia delinebat, omniaque vinciebat. Neq; enim illa hominis lyram spectabant, neq; illi alterius musices studium erat, verum hec magna illa Orhei lyra. Hisce rebus cum Græci honorem habere vellent, locum illi in ipso celo designarunt, et complusculæ stelle vocantur Orhei lyra. Quod si quando Orpheum videris vel falso expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio, canenti simili-

lis manibus tenens lyram. Circum hunc animantium innu-
mera multitudo; inter quae, et homo, et taurus, et leo.
Cumque horum singula videris, fac horum mihi memineris,
cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi tau-
rus, et cuiusmodi leo Orpheum audiant. Quod si eorum
quaes dico, causas intelligas, tum et in celo horum unum
quodque contemplator. Fertur autem, et Tirestia genere
Bœotius, diuinandi gloria multum celebris fuisse. Hunc
Tirestiam ex Græcis aiunt dixisse, stellarum erraticarum
alias esse sceminas, alias mares, non tamen eadem efficere.
Vnde eundem anticipi quoque sexu fuisse fabulantur, ali-
quando foemina, aliquando maren. Porro Atreo, et
Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum ma-
ximam Astrologie, cœlestisq; doctrinae curam fuisse Græ-
cis, palam est. Ac publico consensu statuerunt Argui,
ut uter scientia precelleret, is imperio potiretur. Ibi
Thyestes arietem illis in celo demonstravit, atque hinc
aureum arietem Thyeste fuisse proditum est fabulis. At
Atreus de sole, deq; vario illius exortu locutus est, ostensi-
dens non eodem modo ferri solem, et mundum, sed con-
trario inter se cursu rapi. Et qui nūc videtur occasus, cum
sit occasus mundi, solis exortum esse. Hæc locutum Argio
uire regem crearunt, magnamq; doctrinæ laudem est affectus.
Evidem, et de Belleroiphonte similia sentio. Nam
alatum equum illi fuisse, non admodum credo. Verum ar-
bitror illum hanc disciplinam sectantem, sublimaque cogi-
tantem, et inter astra versantem, in cœlum non equo
ascendisse, sed animo. Eadem de Phryxo Athanantis fi-
lio dixerim, quem aureo ariete per aërem vectum fabu-
lantur. Quin et ipsam facit Dædalu Atheriensem,
etiam

etiam si res est noua audit, tamen haud existimo eum ab
Astrologia fuisse alienum. Sed cum ipse eam maximè est
vñus, tum filium suum eandem perdocuit. At Icarus cum
juventutis calore, et inscitia, non ea disquireret, que cona-
ueniebant, sed ad ipsum usq; polum animò tolleretur, de-
lapsus est à verò, totaq; aberrauit arte, et in mare præ-
ceps decidit rerum immēse profunditatis. De quo Græci
secus fabulantur, qui ex huius nomine sīnū eius maris Icas
rium frustrā vocant. Fieri potest, ut Pasiphaë quoq; cum
ex Dædalo de tauro audisset inter stellas apparet, deq;
ipsa Astrologia, in artis amore inciderit, ob id existimat
factum, ut Dædalus illam tauro copularit. Sunt autem qui
scientiam in portiones partiti in singulis partibus singuli
elaborant, alij in ijs que ad lunam, alij que ad lœcum, alij
que ad solem pertinent congerentes, neq; non cursum, ac
motum et vim illorū Atq; Endymion lunæ rationem tra-
didit. Phæton solis cursum deprehendit, non ille quidem
vere, sed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui
ignorant Phætonem solis filium credant, fabulamq; de
illo haudquam veram narrat, adiisse Solem patrem, ac
postulasse ab eo, ut sibi licet lucis currum modeyari, ilia
lum id concessisse, monuisseq; qua ratione foret aurigans
dum Phætonem verò concessio curru, partim ob etas-
tem, partim ob imperitiam ita egisse, aliquando esset vici
nus terre, aliquando longo sensu spacio à terra, inter-
rim mortales frigus atq; aestus intollerabilis, conficiebat.
Ob hæc indignatū lœuem ingēti fulminis telo percussisse
Phætonem. Eum deictum forores circumstantes magno
luctu prosequuntur, donec immutaret formas, que nunc
sunt populi, ac lacrymarum vice, quibus fratrem deplora-
bant,

Sunt, electrū distillant. Haudquaquam hæc ita gesta sunt
neg; pium est his habere fidē, neq; Soli fuit filius, neq; illi
filius interijs. Sed narrant Græci & alia permulta fabulos
sa, quibus ego non admodū credo. Nam qui consentaneum
est credere Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoalio
us, aut Ascalaphum Martis, aut Autolycus Mercurij? Ve
rum hi homines pīj dīsq; grati fuerunt, eosq; nascentes,
bunc Venus, illum Jupiter, aliū respiciebat Mars. Etenim
qui patres familiās sunt mortalibus, in hoc prognēdi ges
nere, iſ veluti parentes sibi similia producunt omnia, &
colorem, & formā, & factū, & animū. At rex quidem
Mimos Iouis aſſtētis, Aeneas formosus Veneris fauore na
tus est. Fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio
contigit. Iam verò nec Saturnum Iuppiter cōiecit in vim
cula, nec in tartara p̄cipitem dedit, neq; cetera machia
natus est, que putant homines. Verūm Saturnus extremus
mouetur, proculq; à nobis remotus est. Segnis illi motus,
neque facilis animaduersu mortalibus, atq; hanc ob cau
sam, illum stare dicūt, ceu vinculis alligatum. Ceterūm in
gens aeris altitudo tartarus appellatur. Sed potissimum ex
Homeri poëte Hesiodi q; carminibus liceat intelligere pri
scorum fabulas cum Astrologia consentire. Siquidem vbi
Iouis catenam narrat, ac Solis iacula, que quidem ego ras
diorū ictus esse coniicio, ut in urbēs quas in clipeo fixe
rat Vulcānus, præterea choreā, et vincā, ad hæc quæcumq;
de Veneris ac Martis adulterio dixit, deq; detectione,
hanc aliud, quā in hac scientia sūne conficta. Quando
quidem Veneris & Martis concursus, Homericē cantile
ne p̄bret argumentum, in alijs autem versib⁹ utriusque
diuersum effectum descripsit, Veneris cūm ait illi,

Tute

Tute Venus iucunda magis connubia cura.
Porro de belli negotijs,

Cuncta cito hæc curæ fuerint Marti atq; Minerue.
Hec cūm inteligerent veteres illi, maxime diuinationibus
lēcebantur, nec eam oīosam esse putabāt, adeo ut nec vr
bes conderent, neq; monia circūducerent, neq; quenquam
occiderent, nr q; ducerent uxores, prius quam de singulis à
vate responsū ceperissent. Deniq; nec ipsa deorum ora
cula, ab arie astrologica erant aliena. Verūm apud Del
phos virgo predicēdi munus administrat, que cœlestē illā
Virginem repreſentat, ac Draco suo tripodæ vocem edit,
quoniam & inter stellas Draco conspicitur, in Didymis
verò templum est Apollinis, & hoc, sicuti mihi videtur,
ex his Didymis, id est, geminis, qui cœlo sunt appellatum,
Vsqueadè verb diuinatio visa est illis res sacra, ut vliſa
ses etiam cūm errādo fessus vellet certò de rebus suis co
gnoscere, ad inferos penetrarit, non quo videret umbras
& locum mamoñū, sed quod cuperet cum Tiresia collo
qui. Qui simul atq; in locum peruenerat, que Circæ mons
strarat soueam fodit, oues mactauit; cumq; complures es
sent umbras, atq; inter has matris quoq; sanguinem bibe
re cupientes, non prius permisit ulli, ne matri quidē, quād
Tiresia gustasset, coactusq; esset sibi vaticinū edere: po
tuitq; interim matris umbram videre fitientem. Ad hæc
Lycurgus Lacedemonij omnem Reip. administrationem
ē cœlo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bel
lum prodirent, ante plenilunium. Non enim existimabant
tandem esse ciuitatis administrationem, crescente luna &
euanescente, propriea quād omnia ab illa regerentur.
Porro Arcades soli hec non receperunt nec in præcio hæ
buerunt

LVC. DE ASTROLOGIA

buerunt Astrologiam, sed iisdem ob imperitiam et stultitiam aiunt se luna antiquiores esse. Prinde cum nostri maiores usque adeo fuerint Astrologie studiosi, huius etatis homines partim aiunt fieri non posse, ut homines finem inueniant diuinandi scientia, propterea quod neque certa sit uero, neque Martem aut Iouem nostra causa moueri in celo, verum illis humanarum rerum nullam esse curam, neque quicquam esse eis cum his negotijs commercij, rerum secundum hos necessitate circumguntur: partim dicunt Astrologiam non esse quidem medacem, at inutilem. Non enim mutari vaticinio quemcumque fatus decreta instant. At ego sane utrisque respondere possum, Hella in celo suo quidem motu volui, ceterum obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An vis equo currere, et gallinis aut hominibus tumultuatis, lapides sub silire, stipulasque mouenti ventis cursu concitatis, siderum vero vertigine nihil praeterea effici, tum ab igni exiguo calor ad nos permanat, neque nostra tamen causa quicquam erit ignis, neque illi cura est aestus noster, ab astris autem nibil ad nos desfluit. At sane fieri non potest, ut per Astrologiam ex malis bona faciamus, neque mutare quicquam earum rerum, que abillis ad nos de manant. Sed hac utilitate ars adserit vietibus. Bona multo ante delectant eos, qui vetura praeceperint; mala vero facile cum non imprudentibus venerint, ac cipiuntur. Neque enim in illos irruunt, sed quia meditata expectataque sunt, leuia mitti, videntur. Hac mea est de Astrologia sententia.

**CORNATISSIMO DO
CTISSIMO' QVE VIRO**
Thome Ruthalo regio apud Anglos
Secretario, Thomas Morus,
S. P. D.



I quisquam fuit unquam, vir doctissime, qui Horatianum preceptum impluerit voluptatemque cum utilitate coniuxerit, hoc ego certe Lucianum in primis puto prestitisse. Qui et superciliosis abficiens philosophorum preceptis, et superioribus Poëtarum lusibus, honestissimis simul et facetissimis salibus, vita ubique notat atque insectatur mortali. Idque facit, tam scitè, tantaque, cum fruge, ut quin nemo latius pungat, nemo tamen sit, qui non aequo animo illius accusos admittat. Quod quin nūquā non egregie faciat, fecisse tamē mihi singulari quodē modo videtur in tribus his Dialogis, quos ob idipsum è tanto festiuissimorū numero postissimum delegi quos verterē, alijs tamē alios fortasse longè prelaturis. Nā ut è virginibus non cādem omnes, sed alius alia, pro suo cuiusque animo praeferit deamatque, non quā praecipua tutò possit asserere, sed quæ sibi videatur: ita è lepidissimis Luciani dialogis, alius alium praeoptat, mihi certè isti praecipue placuerunt, neque temere tamen (vbi spero) neque soli. Nam ut à breuiissimo incipiam, quæ Cynicus inscribitur, quique posse videatur ipsa breuitate contemni, nisi nos Horatius admoneret, sape etiam in exiguo corpore vires esse præstantiores: ipsique minimas etiam

etiam gemmas esse videremus in pretio. In eius ergo dele-
ctu honorisculo calculo mecum suffragatus est diuus Ioan-
nes Chrysostomus, vir acerrimi iudicij, doctorum fermè
omnium Christianissimus, et Christianorum (ut ego cer-
te puto) doctissimus, quem usque adeò Dialogus hic de-
lebat, ut bonameius partē in Homeliam quādār, quam
in Ioannis euangelum commentatus est, inseruerit. Neque
id immerito. Quid enim placere viro graui vereq; Christi-
stano debuit, quām is dialogus, in quo dū afferat, paruoq;
contenta Cynicorum vita defenditur molis atq; eneruata
delicatorum hominum luxuria reprehenditur? Necnon
eadem opera, Christianæ vitæ simplicitas, temperantia,
frugalitas, deniq; arcta illa atq; angusta via, que dicit ad
vitam laudatur. Iam Necromantia (nam hic secundo dialo-
go titulus est) non satis auspicio vocabulo, sed materia
tamen felicissima, quām false taxat, vel magorum præstia-
gias, vel inania Poëtarum segmenta, vel incertas quavis de-
re philosophorum inter se digladiationes? superest Phi-
lopseudes, qui non sine Socratica ironia, totus versatur (id
quod titulus ipse declarat) in ridenda, coarguendaq; men-
tiendi libidine: dialogus nescio certe lepidior' ne, an vi-
llor. In quo non valde me mouet, quod eius animi fuisse us
deatur, ut non satis immortalitati sue consideret, atque in
eo fuisse errore, quo Democritus, Lucretius, Olinius, plus
rimi; itidem alii. Quid enim mearefert quid sentiat his
de rebus ethniciis, que in principiis habentur fidei Chris-
tianæ mysterijs? Hunc certe fructū nobis affret iste dia-
logus ut neque Magicis habeamus prestigis fidē, et suo
perstitione careamus, que pauci sub specie religionis ob-
repit, tum vitam ut agamus minus anxiam, minus videlicet

expauso

expausentes tristia quæpiam ac superstitionis mendacia,
qua plerunq; tanta cum fide atq; autoritate narrantur, vt
beatissimo etiam patri Augustino, viro grauiſſimo, ho-
stiq; mendatorum acerrimo, nescio quisnam veterator
persuaserit, ut fabulam illam de duobus Spurinis, altero
in vitam redeunte, altero decedente, tanquam rem suo ip-
suis tempore gestam pro vera narraret, quam Lucianus in
hoc dialogo, mutatis tantum nominibus, tot annis antea
quam Augustinus nasceretur, irrisit. Quò minus mireris
si pinguioris vulgi mentes suis figmentis afficiant ij, qui
se tum demum rem magnam consecisse putat, Christum qz
sibi deuinxisse perpetuo, si cōmenti fuerint, aut de san-
cto aliquo viro fabulam, aut de inferis tragœdiam, ad
quam vetula quæpiam aut delira lacrymetur, aut pauci
da inhorrescat. Itaque nullam ferè martyris, nullam viri
ginis vitam prætermiserunt, in quam non aliquid huius
modi mendatorum inseruerint, piēscilicet: alioqui enim
periculum erat, ne veritas non posset sibi ipsa sufficere,
nisi fulciretur mendacijs. Nec veriti sunt eam religionem
contaminare figmentis, qudm ipsa veritas instituit, et in
nuda voluit veritate consistere, nec viderunt usque adeò
nihil istiusmodi fabulas conducere, ut nihil perniciosius
officiat. Nempe (ut memoratus pater Augustinus testas-
tur) ubi admixtum subuoleat mendaciū, veritatis illico mi-
nuit ac labefactatur autoritas. Vnde saepè mihi suspicio
suboritur, magnam huiusmodi fabularum partem, à va-
fris ac pessimis quibusdam nebulousibus, hereticis' que
conficiant, quibus studium fuit, partim ex incauta, simpli-
cium potius, quām prudentium credulitate voluntate ca-
pere, partim fabularum fictarum commertio, fidem veris,

AD RVTALLVM EPIST.

Christianorum historijs adimere : quippe qui frequenter quædam, his que in sacra scriptura continentur, tam vicina confingunt, ut facile se declarant, adulendo lusisse. Quamobrem quas scriptura nobis historias diuinitus inspirata commendat, eis indubitate fides habenda est. Cæteras verò ad Christi doctrinam tanquam ad Critolai regulam, applicantes cautè et cum iudicio, aut recipiamus, aut respuamus, si carere volumus et inani fiducia, et superstitiosa formidime. Sed quò progredior : epistola ferè iam librū superat; nec interim tamen verbū de tuis laudibus ullum, in quas alius fortasse totus incubuisse: quasrumq; citra ullam adulandi suspitionem vberrimam mihi materiam prabuisset (ut cæteras virtutes tuas omittam) vel egregia doctrina tua, summaq; in rebus agendis prudenteria : quam tot in diuersis nationibus, in tam arduis negotijs, tam feliciter actæ legationes declarant: vel singulare fides, grauitasq; quam nisi satis perspectam, exploratamq; habuisset, nunquam te prudentissimus princeps sibi à secretis esse voluisset. Sed ceterarū virtutum tuarum predicationi unica modestia tua reluctatur: que faciat, ut quum laudanda tam libenter facias: fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo, hoc unum duntaxat ab te precatus, ut hui in Græcis literis studij mei primitias et quo animo suscipias, finaq; ut qualcunque apud te sint amoris officijq; in te mei monumētum: quas tibi sim ausus eo maiori fiducia committere, quod et si tam acre tibi iudicium sit, ut quicquid erratum fuerit, nemo penetrantius videat, is tamen est ingenij tui candor, ut nemo libentius connueat. Vale.

Lucianus

LVCIANI CYNICVS, THOMA MORO INTERP.

LVCIANVS ET CYNICVS.



VID tu tandem? barbam quidem habes, et comam, tunicam non habes, nudus' que conficeris, ac sine calceis, delecta nimis vaga, inhumana' que ac ferali vita: tum proprio corpore contra quam faciunt cæteri, semper vsus incōmode, nunc huc, nunc illuc circumis: in arido prætered solo cubas, adeò ut plurimū etiam foridum, tritum isthac pallium referat, alioqui nec ipsum, vel tenui filo, vel molle, vel florulentum. CY N. Neq; enim indegeo: si quid est huiusmodi, ut cōparetur facilimè dominoq; minimū exhibeat negotij, id, inquā, mihi sufficit. At tu per Deos dic mihi, putas ne esse in luxu vitium? LV C. Imò admodum, CY N. Contra in frugalitate virtutē? LV C. Admodum. CY N. Cur igitur tandem quum me videas via uentem frugalius quam vulgo faciunt homines, eos verò sumptuosius me, non arguis? LV C. Quia non frugalius per iouem videris mihi, sed egētius vivere, imò vitam omniō egenam atq; inopem. Nam tu nihil à mendicis diff̄ers, qui cibum mendicant in diem. CY N. Vis ergo videan us (quandoquidem hic proceſſit oratio) quidnam inopia sit, quidq; rursus copia? LV C. Si tibi quidem ita videtur. CYNIC. Nunquid ergo satis id cuiq; est, quicquid ipsius explet necessitatē an aliud quippiam dicis? LV C. Esto istud. CY N. Indigentia verò quicquid cuiusquā m̄sui dec̄st, nec eō, quò sit necesse, peruenit? LV C. Scilicet

cet. CYN. Nihil igitur meis in rebus deest. Nihil enim in his est, quod necessitatē non expletat meam. L V C. Quo pacto illud ait? CYN. Scies si consideres in quem usum eorum quodq; paratum est, quorum egemus, ut domus, an non tegumenti gratia? L V C. Maximē. CYN. Quid vestis, cuius gratia? non' ne tegumenti etiam ipsa? L V C. Sane. CYN. At ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indigerimus, non' ne ut melius se habeat id quod tegitur? L V C. Mibi quidem sic videtur. CYN. Utrum igitur tibi peius se habere h̄i videntur pedes? L V C. Nescio. CYN. Atqui hoc pacto didiceris: quoniam pedum officium est? L V C. Ingreedi. CYN. An deterius ergo ingredi pedes tibi videntur mei, quam aliorum? L V C. Istud verò fortasse non. CYN. At non possent, seu sese melius, seu deterius haberent officium suum præstare? L V C. Fortasse. CYN. Pedibus ergo nihil peius affectus videor quam alijs? L V C. Non videris. CYN. Quid corpus verò meum? Num deterius quam reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem imbecillus: corporis quippe virtus robur est. An meum ergo debilior? L V C. Non videtur. CYN. Neque pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerent, male haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit, ea quibus cunque adfuerit. At ne ali quidem deterius corpus videtur meu, quod quibuslibet cibis alitur. L V C. Manifestum est id quidem. CYN. Nam nec vegetū esset, robustumq; si aleretur male. Mala siquidem alimenta corpus tabefaciunt. L V C. Ista quidem ita se habent. CYN. Qno pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me arguis, vitamq; improbas meam, ac miserans prædicat?

TOMA MORO INTERP. 91
 prædicat^{ur} L V C. Ideò per louem, quod quā natura (quam tu colis) ac superi terram in communi statuerint, ex ea multa nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia supers essent abunde, non in necessitatē modō, verū in volua ptatem quoq; tu tamen horum omnium aut maximae sal tem partis expers es, nec eorum quoquam frueris nihil certe magis, quam ferae. Nempe aquam bibis, quam etiam bibunt ferae: Comedis verò quicquid offendere, quemadmodum canes, tum cubile nihilo melius canibus habes: quandoquidem gramen tibi sufficit, quemadmodū et illis: pallium pretereā circunfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus recte sapis, tum Deus profecto neutiquam recte fecit, primum quod oues effecit pingues, deinde vites dulcis vini ferae, ac reliquum dēs inde apparatum varietate mirabilem, et oleum, et mel, et reliqua, omnia ut nos haberemus, edulia quidem omni gena haberemus, potum dulce haberemus, pecunias habemus, mollem lectum haberemus. Prætereā pulchras domos, ac reliqua demū omnia mirum in modum preparata. Nam et ipsa quoq; artium effecta deorum dona sunt. At vivere omnibus huiuscē bonis priuatū, id fuerit profecto miseriū, etiam si ab alio quopiam priueris: quemadmodum hi qui seruantur ī vinculis: longè verò miseriū, si quis ipse sese omnibus boni priuet. Nam ea demū manifesta insania est. CYN. Et recte quidem fortasse dicis. Verū istud dic mihi: Si quis diuine quopiam alacriter atque humanè, quin prolixè quoq; exhibete coniuuiū, tum hostes excipiente, et multos simul, et omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autē robustos, deinde apponenter multa atq; omnigena, si quis inquam, omnia corripiat, ora-

LVC. CYNICVS

hiq; deglutiat, non ea tantū que vicina sunt, sed ea quoq; que procul absunt, præparata videlicet inuidis, ipse tamen valens, quem vnu duntaxat ventrem habeat, nec multis ut nutritur indigeat, diutius tamen quam alij multi immoretur, hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probus' ne? LVC. Non mihi quidem. CYN. Quid verò, num temerans? LVC. Ne id quidem. CYN. Quid verò si quis eiusdem mēsē particeps, multa illa ac varia negligat, uno quopiam ex his, que proximè apponuntur, electo, quum satis insuam habeat necessitatem, id decenter edat, rōq; solo vtratur: cetera illa ne respiciat quidem, an non hunc temperatiorem & meliorem virum illo putabis? LVC. Ego certè. CYN. Vtrum ergo i. m. intelligis, an me oportet dicere? LVC. Quid nam? CYN. Quid Deus illi quidē pulchre conuiuiū instruenti similis est, vt qui apposuerit multa ac varia, atq; omnigena, vti essent que euīq; conueniant, alia quippe valentibus, alia rursus agrotantibus, atq; alia quidem robustis, alia verò inuidis, non ut omnibus vitam omnes, sed ut his vtratur singuli, que sua cuiusq; natura conueniunt, & ex his ipsis, quacunq; remaxime quenq; indigere contigerit. At vos illum qui per insatiabilitatem atq; incōtinentiam omnia corripit, referatis, vt qui rebus vti velitis omnibus, & vnde cunq; partis, non solis cōtentī præsentibus, existimātes propriam quidem neq; terram, neq; mare sufficere, sed importantes ab ipsis vñq; terræ finibus voluptates, patrijsq; rebus peregrina preferentes, sumptuosq; frugilibus, atq; ea que difficile comparatur his que sunt cōparatu faciliā: in summa, leniq; molestias, malaq; potius eligentes, quam absq; molestijs viuere. At isti quidē plurimi ac preciosi, beatiq; apparatus,

THOMA MORO INTERP.

92

apparatus, quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam, erumnamq; perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentumq; considera, domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atq; eius generis omnia, quanto negotio emuntur, quot laboribus, periculis: imo sanguis nō, ac cede, quantoq; hominum interitu: non ideo solum quod dum nauigant, propter ista pereunt complures: ad dum querunt, parantq; grauia perferunt: sed ob id quoq; quod digladiationes multas pariunt, quodq; ob ea insidiantur muicem & amicis amici, & parentibus liberis, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylem quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia sunt, quum tamē vestes illæ variae nihil magis quicquam queat calefacere, aurataq; illæ edificia nihil prorsus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant. Sed nec aurei illi, nec eburnei item lectuli, somnum suauorem præbeant, imo videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosisq; aromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigena illæ circa edulia curæ, nihil magis alunt, quin tabefaciunt potius corpora, iisdemq; morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quatas molestias mortales, & faciunt, & patiuntur? quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi quis velit indulgere delitijs. At ne hæc quidē insania corruptelaq; sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam vsum peruerunt, singulis rebus ad id vtenes, ad quod minimè parata sunt, quemadmodum lecto si quis vti carpenti loco velit, ac tanquam curru. LVC. Quisnam is est? CYN. Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos iubetis, ut lecti tan-

quam currus in ceruicibus ferant. Ipsi verò in sublimi residentis delicati, atq; illinc homines perinde tanquā asinos aurigamini, imperantes ut hāc, non illāc eant, & qui hāc facit is maxime, ijdem maxime beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantūm ut alimentis vtuntur, verūm tincturas etiam quasdam ex his machinantur: eos dico, qui purpuram tingunt, non'ne & hi præter naturam his vtuntur, quæ à deo præparata sunt? L V C. Non per louem, siquidem tingere etiam potest non comedи tantūm purpuræ caro. C Y N. At non in id tamen nata est. Nam & craterem quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset vti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam vniuersam illorum infelicitatem percurre, quæ tanta est? At tu me quoq; quòd nolo eius esse particeps, incusas. Viuo ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet dūtaxat, quæ mibi apponuntur vescens, ac frugalißimis vtens: varijs verò illis atq; omnigenis minimè inhians. Ac deinde quū paucis egeam, ac munis mē multis vtar, ferimam tibi videovitam viuere. At qui hac ratione tua dīj profectō in periculū veniūt, ne ex ipstī sint feris etiā deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verūm vt exactius intelligas, cuiusmodi horū vrung; sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, cōsidera quòd pluribus egēt, primū pueri quā adulit, deinde mulieres quam viri, tum ægroti quā valētes: atq; omnino in summa, inferiora quilibet præstatoribus plurimū indigēt: proinde dīj omniū nullius egēt rei, qui verò ad deos accedunt proximè, quā minima egent. An Herculem putas omniū hominum præstantissimum, quippe diuinū virum, deumq; rectè creditum, miserū tunc fuisse, quum circuiret nudus pelle

THOMA MORO INTERP: 93
 pelle dūtaxat indutus, harum rerum nostrarum nihil defiderans? At ille miser profectō non erat, quippe qui misseriam ab alijs propulsabat, neq; rursus pauper, qui terra, mariq; dominabatur. Nempe quocunq; intendisset impeatum, omnes quaquaersum superabat, nec in quenquam sui temporis incidit, qui se vel aquarit vñquam, vel vices rit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas, calceosq; defuisse ob id mundum obambulasse tantum virum! Dicendū profectō non est. Sed continens erat ac forsis, & moderatè viuere volebat, non indulgere delitijs. Quid Theseus eius discipulus? An nō rex erat Atheniensem omnium, ac filius etiam, vt ferunt, Neptuni, sua certè tempestate fortissimus? Attamen ille quoque voluit sine calceis esse, ac nudus ingredi, barbamq; & comam nutrire, placuit ei, nec ei tamen solum, sed omnibus etiam veteribus placuit, nempe meliores erant quā nos, atque adeò ne sustinuissest quidem eorum quisquam aliquid huiusmodi, nihil profectō magis quā leo quispiam sese teneri. Si quidem carnis molliem ac lœvō decere mulieres existimabant, ipsi verò sicuti erant, ita videri quoque viri volebant, ac barbam quidem cultum viri ducebant, quemadmodum in equis iubam, in leonibus barbā, quibus deus splendoris quandam atq; ornamenti venustatem dedit, sic & viris barbam adiunxit, illos igitur ego æmulor, veteres, inquam, illos imitari volo, huius verò tempestatis homines nō æmulor mirabilis huius felicitatis nomine, quam in epulis & vestibus habent, dum poliunt ac lœviant singulas corporis partes, ac ne secretorum quidem ullam, ita vt instituit natura, dimittentes. At mihi certè pedes opto, vt nihil equinis differant, quales Chironis fuisse

LVC. CYNICVS

serunt. Tum ut ipse stromatis non egeam more leonum, nec cibo egeam magis exquisito, quam canes. Contingat pretereà mihi, ut terra queuis mihi per se pro cubili susciet. Domum verò ut mundum hunc existimem. Aliamenta demū ut ea deligam, quæ fecilimè comparari possint. Aurum verò argentumq; ne desiderem unquam, neque ego, neque meorum amicorum quisquam. Omnia nanque mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur, et seditiones, et bella, et insidie, et cedes. Hæc omnia fontem habent plus habendi cupidinem. At hæc à nobis abscedat procul, ne unquam plus satis appetam: minus verò quum habeam, ferre etquo animo valeam. Nostra quidem ita se habent. Plurimum profectò à vulgi sententijs ista dissentunt. Neque quicquam ergo mirans dum est, si ab his differimus habitu, et quibus tatum differimus instituto. Sed te demiror, quoniam pacto quū suam quandam citharœdo vestem tribuas, cultumq; atque adeò cibicini suum, et tragedio suū, bono viro cultū vestemq; propriam nullam existimas, sed eandem ei cū vulgo habēdās censes, idq; quum vulgus malū sit. Quod si bonorum cultus proprius debet esse ullus, quim an deceat magis quam hic meus, qui maximè luxuriosis pudendus sit, quemq; illi maximè auersentur? Cultus ergo meus huiusmodi est, squalidum esse, hirsutum esse, tritum pallium indui, comam producere, ac sine calceis ingredi. Vester verò cimædorū ornatui simillimus est, nec dignoscere vos quisquam ab illis posse, neque colore vestium, neq; mollezie, neq; camistarum numero, neq; lacernis, neque calceis, neque capillorum cura, neq; odore. Nam et redoletis ut illi, iam præsertim vos qui estis felicissimi. Et quidem quid facias,

TOMA MORO INTERP. 94

facias, quum vir eundem cum cimædis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præstat. Voluptatibus verò nihilominus quam illi superamini, eadem comeditis, eodem modo dormitis, atque inceditis, imò verò incedere non vultis, sed gestari potius, tanquam sarcinae, alij ab hominibus, alij verò à iumentis. At me pedes ipsi gestant quocunque sit opus. Egoq; et frigus tolerare suffici, et calorem pati, eaq; quæ dij obtulerint, minime molestè ferre, ideò videlicet, quis miser sum. Vos verò propter hanc felicitatem nulla estis fortuna contenti, sed omnium penitet, ac præsentia ferre non potestis, absentia desideratis, hyeme quidem optates astatem, estate rursus hyemem, atque in calore frigus, in frigore viciçim calorem: quemadmodum ærotantes, morosi semper et queruli, quod in illis quidem facit morbus, in vobis verò mores. Atque hæc ita quum sint, iam nos in vitam vestram traducere equum censem, nostramq; corrumpere, quum sepe male consulta sint, que facitis, ipsi que sitis in vestris ipsorum negotijs miminè circumspecti, nihilq; eorum iudicio ac ratione, sed consuetudine cupiditatis faciatis. Quæmobrem nihil profectò differtis vos, ab his qui torrente feruntur. Ili quippe quocunque fluxus intenderit eo rapiuntur: et vos itidem quocunque libidines. At similiter quidem vobiscum agitur, ut cum quodam qui equum insanum ascenderat. Equus igitur virum corripiens abstulit. Hic verò amplius iam desilire equo currente non posset. Quidam verò quum occurrit ei, rogauit quoniam tenderet? Hic respondit quocunque huic videtur, equum demonstrans. Quod si vos quisquam roget, quò feramini, si verum vultis dicere, dicetis in uniuersum quidem: quocunque

LVC. CYNICVS

quocunque videatur effectibus, sigillatim vero, interdum quocunq; voluptati, interdū quocunq; ambitioni, interdum rursus quo lucri studio. Quin interdū ira, interdum metus, interdū aliud quippam huiusmodi vos auferre visetur. Neq; enim unum duntaxat equum vos, sed multos insilentes, nunc hunc, nunc illum, furiosos quidem omnes auehimini. Auferunt ergo vos in barathrum, ac praeupta. Vos tamen priusquam cadatis, casuros vos esse nescis. At hoc detritum pallium quod vos ridetis, comag; hasbitusq; meus tam habet vim, ut vitā mihi quietam praebat, vtq; agam quicquid volo, verserq; cum quibus volo. Nempe ex indoctis, atque ineruditis hominibus, nemmo me adire voluerit, ob hunc habitum. At molles etiam qui sunt adhuc admodum procul declinant. Congrediuntur vero scitissimi atq; modestissimi, et qui virtutem cupiunt, hi potissimum congregiuntur necum, horum ego consuetudine delector. Eoru vero fores qui homines vocantur, non obseruo, tum coronas aureas ac purpuram pro fastu habeo, atque homines ipsos deridero. At vt cultum hunc intelligas, non bonos modò viros, sed ipsos etiam deos decere, atque eum deinde, si libet, irrideas, deorum statuas considera, utri videantur vobis'ne, an mibi similiores, neque Gr̄corum solum, sed barbarorum etiam tempa circunspicias, utrum ipsi dij, vt ego, comati barba tiq; sunt, an quemadmodum vos, rasifinguntur, atq; pinguntur. Quin plurimos etiam sine tunicis conspicies, vt me nunc esse vides. Quo postea igitur audeas posthac huc habitū vitio dare, quum deos etiam decere videatur?

MENIPPE

MENIPPVS, SIVE
NECROMANTIA LVCIANI
Thoma Moro interprete.

MENIPPVS, PHILONIDES.



ALVE atrium, domusq; vestibula meæ.
Vt te lubet aspicio luci redditus. PHIL.
Num nā hic Menippus est canis ille? Non
hercule, alius, nisi ego fortè ad Menippos
omneis hallucinor. At quid sibi vult ha-
bitus huius insolentia? clava, lyra, leonis exuia? Adeun-
dus tamen est. Salve Menippe. Vnde nobis aduenisti? dix
est quod in urbe non vidimus. M ENIP.

Adsum reuersus mortuorum è latibulis,
Foribusq; tristium tenebrarum nigris:
Manes vbi inferi manent superis procul.
PHIL. O! Hercules, clam nobis Menippus vita functus
est, reuixitq; denuo? M ENIP.

Non, sed me adhuc viuum recepit tartarus.
PHIL. Quemam causa tibi fuit noue huius atq; incredibilis via? M ENIP.

Iuventa me incitauit, atq; audacia,
Quam pro iuventa haud paululum impotentior.
PHIL. Siste o beate Tragica, et ab iambis descendens
sic potius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis, quæ
causa tibi itineris inferni fuit, quwm aliqui neque futuri
daneq; delectabilis sit via? M ENIP.

Res dilecta grauis me infernas egit ad umbras,
Consulerem manes ut vatis Tiresias.

PHIL.

LVC. NE CROMANTIA

P H I L. Atqui deliras, aliqui non hoc pacto caneres apud amicos consarcinatis versibus. M E N. Ne mireris amice, nuper enim cum Euripide atque Homero versas es, nescio quo pacto versibus sic impletus sum, ut numeri mihi in os sua sponte confluant. Verum dic mihi quo pacto res humana hic se habent in terris? & quid nam in urbe agitur? P H I L. Nihilnoui. Sed quemadmodum prius actitabant, rapiunt, peierant, scenerantur, usuras coligunt. M E N. O' miseri atque infelices. Nesciunt enim, qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesq; sorte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterūt effugere. P H I L. Quid ait? Noui' ne aliquid apud inferos nostris de rebus decreatum est? M E N. Per louem, & quidem multa, verum prosdere non licet, neq; arcana quae sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. P H I L. Ne aquam Menippe per louem, ne amico sermonem hunc inuidias. Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatum præterea sacris edifferes. M E N I P. Dura prosectori iubes, & neutiquam tutu, verum tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuites istos ac pecuniosos aurum tanquam Danaen seruantes abstrusum. P H I L. Ne prius o' beate que sunt decreta dixeris, quād ea percurras omnia que abs te audire libentissime velim. Que videlicet descensus causa fuerit, quis itineris dux: deinde ex ordine, & que illic videris, & que auctoribus omnia. Verisimile est enim te, quū res pulchras videbantur uibil omnino prætermisſe. M E N I P. Parensum etiam in his tibi est. Nam quid facias, urgente qmico? Ac

THOMA MORO INTERP. 68

primum sanè tibi expediam, quae res animum meum ad hunc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc puer essem, audirem̄; Homerum atq; Hesiodum, seditiones ac bella canentes, non semideorum modō, sed ipsorum etiam deorum, adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias: hæc me Hercole omnia bona pulchraq; putabam, & studiosè erga ea afficiebar. Postquam vero in virilem iam etatem peruenirem, hic leges rursus iubētes audio poëticis apprime contraria, neque videlicet adulteria committare, neque seditiones mouere, neque rapinas exercere. His igitur hæstibundus constitui, incertus omnino quo me pæcio gererem. Neque enim deos unquam putauit moechaturos, aut seditiones inuicem suis moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neque rursus legumlatores his aduersa iussuros, nisi id conducere existimatarent. Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi phislosophos istos adire, atque his in manus dedere, rogareq; ut me vt cung; liberet uterentur, vitaq; viam aliquam simplicem ac certam ostenderent. Hæc igitur mecum reputans ad eos venio, imprudens profecto, quod me ex fumo (ut aiunt) in flammarum coniicerem. Apud enim hos maximè diligenter obseruans summam repperi ignorantiam, omniaq; magis incerta, adeò ut pre his illico mis hi vel idiotarum vita iam aurea videretur. Alius etenim soli me iusfit voluptati studere, atq; ad eum scopum uinciuersum vitæ cursum dirigere. In eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius rursus omnino laborare, corporiq; siti, vigilias, ac squalore subigere, misere semper adfectum, contumeliasq; obnoxium assiduè, Hesiodi sedulo inculcans celebria

bria illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & ac
cliem in verticem montis ascensum. Alius cōtempnere ius-
bet pecunias, earumq; possessionem indifferentem puta-
re. Alius contrā bonas ipsas etiam diuitias esse pronun-
tiat. De mundo verò quid dicam? de quo ideas, incorpo-
reas substantias, atomos, & mane, ac talem quandam pu-
gnantium inuicem nominum turbam in diem audiebam,
& quod absurdorum omnium maximè fuit absurdum, de
contrarijs vnuis quisque quum diceret, inuincibiles admo-
dum rationes ac persuasibiles adferebat, vt nec ei qui cas-
lidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contende-
rent, contrā quicquam hiscere poturim, atque id quum
tamen manifestè cognoscerem fieri nunquam posse, vt ea-
dē res calida simul frigidāq; sit. Prorsum igitur iale quid-
dam mihi accidebat, quile solet dormitantibus, vt inter-
dum capite annuerem, interdum contrā abnerem. Prä-
terea quod multò erat istis absurdius, vitam eorum dili-
genter obseruans, compri eam cum ipsorum verbis pre-
ceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spērnam
censebant pecuniam, auidissimè conspexi colligendis dis-
uitijs inhibe, de fœnore litigantes, pro mercede docen-
tes: omnia deniq; nummorum gratia tolerantes. Li verò
qui gloriam verbis aspernabantur, omnem vitæ sua ra-
tionem in gloriam referabant. Voluptatem rursus omnes
fermè palam incessabant: clanculum verò ad eam solam
libenter confluabant. Ergo hac quoq; spē frustratus mas-
gis adhuc agre, molesteq; tuli. Aliquantulum tamen inde-
memet consolabar, quod vñd cum multis & sapientibus
& celeberrimis viris ipse inspiens' que esset, argue verè
adhuc ignarus oberrarem. Perugilanti mihi tandem, atq;
bisce

hīscē de rebus mecum cogitanti, venit in mentem, vt Bas-
bylonem profectus magorum aliquem ex Zoroastri discip-
ulis ac successoribus cōuenirem. Audieram siquidem eos
infernī portas carminibus quibusdam ac mysterijs aperi-
re, & quem libuerit illuc tuò deducere, ac rursus inde
reducere. Optinè ergo me factūrum putau, si cum ho-
rum quopiam de descensu pacifcens Tiresiam Boeotium
consulcrem, ab eoq; perdiscerem (quippe qui vates fuerit
et sapiens) quæ vita sit optimæ, quam' que sapientissimus
quisque potissimum elegerit. Ac statim quidem exiliens
quām poteram celerrime Babylonem versus rectā contens-
di. Quād quoniam venio, diuersor apud Chaldeorū quendam
hominem certè sapientem, atq; arte mirabilem, coma qui-
dem canum, admodumq; promissa, barba venerabilem.
Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes: orans igitur ob-
secransq; vix exoraui, vt quavis mercede vellet, in illam
me viam deduceret. At tandem homo me suscipiens, pri-
mum quidem dies nouem ac viginti cum luna simul incipi-
ens abluit ad Euphratem, mane solem orientem versus
perducens, ac sermonē quempian lögum musitans, quem
non admodū exaudiebam. Nam (quod in certamine pres-
cones inepti solent) volubile quiddam atq; incertum pro-
ferebat, nisi quod quosdam visus est inuocare dāmones.
Post illam igitur incitationem ter mihi in vultum spuens
deducit rursus, oculos nusquam in obuium quenquam de-
flectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, porus au-
tem, lac, atq; mulsum & Choassi lympha, lectus verò in
herba sub dio fuit. At postquam iam preparati satis hac
dieta sumus, medio noctis silentio ad Tigridē me fluum
ducens, purgauit simul atq; abstersit, faceq; lustrauit ac
sq; quila.

LVC. NECROMANTIA

squilla, tū pluribus itidem alijs, & magicū simul illud cari-
men submurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne-
ā spē cōtris lēderer circumiens, reducit domum, ita ut eram
reciprocamēt, ac reliqua noctis parte nauigationi nos
præparauimus. ipse igitur magicam quandam vestem in-
duit. Medorū vesti ut plurimū similem: ac me quidem his
que vides ornauit, clava & idelicet, ac leonis exuījs, atque
insuper lyra. Iusit præterea ut nomen, si quis me roget,
Menippum quidem ne dicerem, sed Herculem, Vlyssēm,
aut Orpheum. PHIL. Quid ita ô Menippe? neg; enim
causam aut habitus, aut nominis intelligo. M E N. Atqui
perspicuum id quidem est, ac neutiquam arcanū. Nam hi
qui ante nos ad inferos olim viui descēderant, putauit si
me his assimilaret, fore ut facilius Aeaci custodias falle-
rem, atq; nullo prohibente transirem, ut pote notior trā-
gico admodum illo cultu emissus. Iam igitur dies apparuit,
quū nos ad flumen ingredi in recessum incūbimus. Parata
siquidem ab illo fuerant, cymba, sacrificia, mulsa, & in id
mysteriū deniq; quibuscunq; opus erat. Hęc postquam er-
go quę prompta erant imposuimus, tum nos quoq;
Ingridimur tristes, lacrymisq; implemur abortis.

Atq; aliquātisper quidē in fluvio ferimur, deinde in sylva
delati sumus, ac lacū quendam in quem Euphrates condi-
tur. Tum hoc quoq; transmisso, in regionem quādam per-
uenimus solam, syluosam, atque opacam, in quam descen-
dentes (præbat enim Mithrob. irzanes) et puteū effodi-
mus, & oves iugulamus, & foveam sanguine conspergi-
mus. At magus interim accēsam facē tenens, haud amplius
iam summissō murmure, sed voce quā poterat maxima
clamitans, dæmones simul omnes conuocat, Pœnas, Erin-
nes,

THOMA MORO INTERP. 98

nes, Hecatē nocturnā, excelsamq; Proserpinam, simulq;
polysyllaba quēdam nomina barbara atq; ignota commis-
scet. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine so-
lum dueere, ac porrò Cerberi latratus audiri, & iam res
planè tristis ac moesta fuit.

Vmbrarum at timuit rex imis sedibus Orcus.

Ac protinus quidem inferorū patebant pleraq; lacus, py-
riphlegethon, ac Plutonis regia. Tū per illum descendens
tes hiārū. Rhadamanthin prope modū metu reperimus ex-
tingutum. Ac Cerberus primū quidem latrabat commouitq;
se. At quum ego lyram celerrime correptam pulsasse,
cantu statim sopitus obdormit, deinde poste aquam ad lacū
venimus, tranare ferè non licuit. Iam enim onusfū erat na-
uigii, & eiulatu certe plenū. Vulnerati quippe in eo nauis
gabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quopiā mem-
bro luxatus, vsq; adeò, ut mihi certe ex bello quopiā ades-
se videretur. At optimus Charon quū leonis videret exu-
rias, esse me ratus Herculem recepit, trans'que vexit li-
bens, tum excentibus quoq; nobis mōstrauit semitam. Sed
quoniā iam eramus in tenbris, precedit quidem Mithro-
barzanes, ego autem à tergo continuus illi comes adhe-
rebo, quoad in pratū quoddam venimus maximū, asphode-
lo constitutum, ubi circunsus vndiq; mortuorum stridulæ
nos sequuntur vmbrae. Tum paulo procedentes longius,
ad ipsum Minōis tribunal accessimus. Erat ipse quidem in
folio fortè quodam sublimi sedens. Astabant autem illi
Pœne, Tortores, mali Genij, Eurij. Ex altera parte plus
rimi quidam adducti sunt ex ordine longa fune vincti. Di-
cebantur autem adulteri, leones, mœchi, homicide, adulas
tores, sycophantæ, ac talis hominum turba quiduis in vita
patrantium.

LVC. NECRROMANTIA

patrantium. Seorsum autem diuites, ac fœneratores prodibant pallidi, ventricosi, ac podagrī, quorum quisq; trabe vinctus erat, ferri pondere duorum talentorum imposito. Nos igitur astates, & que sunt omnia conspicimus, & que dicuntur auscultamus. Accusant autem noui quidam atq; admirabiles rhetores. PHIL. Quinam ergo hi per louem sunt, ac ne isthuc quidem te pīgeat dicere. MEN. Vimbras'ne vnguam istas nosti, quas opposita soli reddunt corpora? PHIL. Quid nī? MEN. Hę nos igitur quum primum functi vita sumus accusant, testantur, atq; redargunt, quicquid in vita peccauimus, & sanc quedam ex his digne admodum fide videntur, si pote nobiscum ver sat, & semper, nos frisq; nū quam digressi corporibus. Min nos igitur curiosē quemlibet examinans, impiorum relegabat in cœtū, penas ibi sceleribus suis dignas luiturum. In hos præcipue tamen incenditur, quos opes dum viuerent, ac dignitates inflauerant, quiq; adora: i se fecer expes etabant, nimisrum breui peritura eorū superbitam fastumq; detestatus: quippe qui nō meminissent mortales ipsi quum sint, se bona quoq; mortalia consequitos. At nunc splendida illa exuti omnia, diuitias inquam, genus, munia, nudi ac vultu demissō steterunt tanquam ioninum quoddam humanam hanc felicitatem recognitantes, adeò ut hęc dum conspicarer nimis quād deleatus fuerim: Et si quem eos rum forte agnoueram, accessi, atq; in aurem silenter admonui, qualis in vita fuerat, quanto percepq; fuerat inflatus: tum quum plurimi mane fores eius obſidentes pulsi interrim exclusiq; à famulis illius expectabat egressum. At ips se vix tandem illis exoriēs puniceus, aureus, aut versicolor, felices ac beatos se facturū saltantes putabat, si pectus dextram've

TOMA MORO INTERP. 99
 dextram've porrigena, permitteret osculandam. Illi vero, audientes istam molestem ferebant. At Minos quiddam etiam, iudicauit in gratiam. Quippe Dionysii Siciliae tyrannum, multis & atrocibus criminibus & a Dione accusatum, & graui Stoicoru testimonio conuictum, Cyrenaeus Aristippus interueniens (nam illum valde suspicuit inferi, eiusq; plurimum ibi valet autoritas) ferme iam Chimeræ alligatum absoluīt à poena, afferens illum eruditoru nonnullos, olim iuuisse pecunia. Tum nos à tribunali discedentes, ad supplicij locū peruenimus Vbi o amice & multa, & misericordia audire simul, ac spectare licuit. Nā simul & flagrorum sonus auditur, & ciuitatis hominū in igne flagrantium, tum rotæ & tormenta, catenæ: Cerberus lacerat, & Chimera dilaniat, crucianturq; pariter omnes, captiui, reges, prefecti, pauperes, medici, diuites, & iam scelerū omnes paenitebat. Et quodā quidem corū, dum intuemur, agnoscimus, videlicet qui nuper ē vita discesserant. At hi se putentes tum occulebant, nostroq; subtrahebant affectui, aut si nos aliquando respiciebant, id seruitler admodū abiecteq; faciebant, atq; hi quidem quād olim putas onerosa fastuosaq; in vita: At pauperibus malorum dimidium remittebatur, & quād interqueuisseant, denuò repetebantur ad penam. Sed illa quoq; que fabulis feruntur aspexi, ixionem, siyphū, Phrygiū, & grauiter affectū Tantalum, genitumq; rerra Tityum, dīj boni quantum integrum stratus agrum occupabat. Hos tandem prætereuntes, in campum venimus Achaeum, ubi semideos, heroidasq; reperimus atq; aliam simul mortuorum turbam in gentes, tribusq; dispositam, alios quidem vetulos quosdam ac marciados, atq; (ut Homerus ait) euanidos, alios vero iuueniles

LVC. NECROMANTIA

et integros, et hos potissimum ob illam cōdiendi efficaciam Aegyptios. Verum dignoscere quemlibet haud proclue fuit, adeò nudatis ossibus omnes erant inuicem similimi, nisi quod vix tandem eos diu intendētes agnouimus. Quippe conserti considerabant obscuri atque ignobiles, nul lumque seruantes amplius pristine formae vestigia. Cū igitur multi simul ossei consisterent, inuicem omnino similes, qui terrificū quiddam per cauos oculorū orbes traspiccerent, dentesq; nudos ostenderent, h̄c sitabam certe mecum, quonam signo Thersitē à Nireo illo formoso discernerē, aut mendicū Irum à Phœacū rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamenone. Quippe quibus iam nihil veteris permanescit indicij, sed ossa fuerunt inter se similia, incognibilia, nullis inscripta titulis, nullisq; unquam dignoscēda. Hęc igitur spectati mihi, persimilis hominū vita pompe cuiquam longe videbatur, cui præsit ac disponat quæque fortuna, ex his qui pompam agunt, diuersos variosq; cuique habitus accommodas. Alium siquidem fortuna deligens, regijs ornat insignibus, et tiaram imponens, et satellites addens, et caput diademate coronans. Alium serui rufus ornatum induit, hunc formosum effigiat, huc deformatem atque deridiculum fingit: nam omniogenum, ut opinor, debet esse spectaculum. Quin habitus quorundam plerūque in media quoque pompa demutat, neque perpetuò eodem finit ordine, cultuq; progrederi quod prodierant. Sed ornato comutato Crœsum quidem coegerit serui captiuisq; vestes induere. Maandrium autem olim inter seruos incidentem, Polycratis vicissim ornat tyrannide. Et aliquantis per quidem eo cultu permittit uti, verum ubi iam pompa tempus præterit, apparatum quisque restituens, et cum corpore simul

THOMA M̄ORO INTERP. 100
 simul exutus amictu, qualis antea fuit efficitur, nihil à vicimo differens. Quidam tamē ob inscitiam quam suos fors tuna cultus exigit, et preferunt atque indignantur, tanquam proprijs quibusdam bonis priuati, ac non potius alienis, quibus paulisper vtebantur, exuti. Quin in scena quoque vidisse te plerūq; puto histriones istos tragicos, qui (ut fabule ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fūnt, aut Agamenones. Idemq; (si sors tulerit) pauloante tam grauiter Cecropis aut Erichthei formam imitatus, paulo post seruus, poëta iubente, progreditur. At quam fabule iam finis affuerit, quisq; auratas illas vestes exutus, personam deponēs, et ab altis illis crepidis descendens, pauper atque humilis obambulat, haud amplius Agamenon ille, Atreo prognatus, aut Creon Menœci filius, sed Polus filius Chariclei Sunensis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic se mortaliū res habent, quemadmodum mibi tum spectanti videbatur. P H I L. Dic mihi Menippe, isti qui magnificos altosq; tumulos habent super terram, et columnas, imagines, titulos, nihilōne sunt apud inferos plebeis quibuslibet umbris honoratiores? M E N. Nugaris tu quidem, nam si vidisses Mausolum, Carem illum dico Pyramide celebrē, sat scio, nunquam ridere desisses, ita in antrum quoddam abstrusum despectum abiectus est, in reliqua mortuorū turba delitescens. Hoc tantum cōmodi mihi videtur ex monumēto referre, quod imposito tāto pōdere laborat magis et premitur. Nam quū Acicu sō amice, locum cuique metitur, dat autem cui plurimū haud amplius pedē, necesse est eo iacere contentū, sequēs ad loci modū contrahere. At vehementius multo risisses, opinor, si reges hosce nostros, satrapasq; vidisses apud

LVC. NE CROMĀNTIA

eos mendicātes, & aut falsamenta vendētes, & aut primas ipsas literas urgente inopi profitentes, & quēadmodum contumelijs à quois officiantur, atq; in faciem cēdantur perinde atq; vilissima mancipia. Itaq; Philippū Macedonem cōspicatas, cōtūnere me certēnō potui, ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede resarcēns. Quin alios prætereā multos erat videre mēdican- tes in triujs, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates.

P H I L. Admiranda narras ista de regibus, peneq; incredibili. Socrates autem quid facit, ac Diogenes? & si quis est sapientum aliis? M E N. Socrates profectō etiam ibi obuersatur, omnesq; redarguit: versantur autē cū illo Pa- lamēdes, Vlysses, & Nestor, & q̄tq; quis est aliis inter de- functos garrulus, inflantur autē illi etiamnū, atq; intumes- scunt exhaūsto veneno crura. At optimus Diogenes Sar- napalo vicinus Aſyrio, Mideq; Phrygio, atq; alijs itē plu- ribus ex iſtorum sumptuosorū numero manet, quos quum ciulantes audit, veteris fortuna magnitudinem recogitā- tes, & ridet, & delectatur, ac supinus cubans, vt pluri- mum cantat, aſpera nimis atq; iniucūda voce illorū ciula- tus obscurans, adeò vt id agre ſerētes, nec Diogenem fers- re valentes, de mutanda ſede deliberauerint. P H I L. De his iam satis quidem, ceterū quodnam illud decretū est, quod initio dixerat aduersus diuites eſſe ſancitum?

M E N. Bene admones: neſcio enim quo pīcto quum hac de re dicere proposuiſsem, ab iſtituto ſermone procul aberrauit. Dum igitur ibi verſabat, magistratus cōcionem aduocauerunt, his videlicet de rebus, que in commune cōducerent. Cō- ſpiciens ergo multos concurrere, me quoq; cum illisimul inniſcentis, viuis de numero eorū, qui in concione aderant, efficior.

THOMA MORO INTERP. 101

efficior. Agitata ſunt igitur & alia multa: poſtemò verò de diuitiis negotiū, in quos poſte aquā plurimi fuiffent obiecta, violentia, ſuperbia, faſtus, iniuria, affurgens tandem ex populo primas quidam, huiusmodi decretum legit: Quoniam, inſitū, multa diuites perpetrat in vita, rapien- tes ac vim inferentes, imopesq; omni modo deſpectui ha- bentes: curiae populoq; viſum eſt, vt quā ſuntī vita fue- rint, corpora quidem eorū pœnas cum alijs ſceleratorum corporibus luuant: anima verò ſursum remiſſa in vitam, in aſtros demigrent, donec in tali rerū ſtatus quinque ac vi- cies decem annorū milia tranſegerint, aſini ſemper ex aſi- ni renati, oneri ferentes, atq; a p. uiperibus agitati. Dein vt liceat illis ē vita extēdere. Hāc ſententiā dixit Calua- riū, patre Aridello, patria Manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, ſciuit plebs, adfremuit Proſerpina, allatratuit Cerberus ſic enim rata que inſeri ſtatuant, autenticaq; fiunt. Que igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tu ego ſtati, cu- ius gratia veneram, Tiresiam adeo, atq; illi re, vt erat, or- dine narrata ſupplicauit, vt mihi diceret, quodnam optimū vi. e genus putaret. Hic verò ſubridens (est autē denicu- lus quiſpiā cæcus, pallidus, voce gracili) o fili, inquit, cau- ſam tuę perplexitatis ſcio à ſapientibus iſlis profectam, haudquaquam idem inutem iſdem de rebus ſentientibus, verum huius eſt id tibi proloqui, ſiquidē quod Rhadæ manthus interdixit. Nequaquā, inquit, o patercule, ſed dic amabo, neq; me conuenias, qui in vita te etiā ipſo cæcior Oberro. Abducens ergo me, procul ab alijs auferēs, ad au- res mihi inclinans. Optima eſt, inquit, idiotarum priuato- rumq; vita, ac prudentiſſima. Quāobrem ab hac vaniſſima

sablimium consideratione desistens, mitte principia semper, ac fines inquirere, et uafros hosce syllogismos desspiens, atq; id genus omnia nugas aestimans, hoc solū in tota vita persequere, ut praesentibus bene cōpositis minimè curiosus, nullus resolutus, quam plurimū potes hilaris vitam ridensq; traducas. Hęc quum dixisset rursus Aſphodelorum in pratū ſeſe corripuit. Ego igitur (nam, et nunc uesper erat) agē, inquam, ô Mithrobarzane quid cunctas murā ac non hinc rursus abimus in vitam? At hęc ille: conſide, inquit, ô Menippe, breue quippe facilemq; tibi monstrabo ſemitan: et me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricosam, manu procul oſtendens sub obscurum tenueq; ac velut per ritam influenſ lu men, illud, inquit, Trophonij templū eſt, atq; illac ad inferos ē Bœotia descenditur, hac ascendens, atq; illico fueris in Gracia. Ego igitur hoc sermone gauiſus, ſalutato Mago difficile admodū per angustas antri fauces ſubrepens, nescio quo pacto, in Lebadiam perueni.

EX EPIST. SATVR. ERAS. INTERP.

Saturnus Diuitibus, S.

P auperes nuper ad me datis literis incusarū vos, qui nihil iſpis ex facultatibus, quas poſſidetis, impertimini, atque omnino poſtulare, ut omnia bona facerem omnibus communia, ut ad ſingulos illorum ſua pars rediret. Aequum enim eſſe, ut rerum & qualitas conſtituatur, neq; decere, ut huic ſuperſit, ille nullo modo fit particeps voluptatum. Ego vero reſpōdi, hiſce de rebus rectius locum conſideraturum. Cæterū de praefenti negotio, deq; iniurijs, quibus ſeſe perfectos dies affici putant, videbam mei officij eſſe ſententiam ferre, ſumq; pollicitus me vobis ſcripturum.

scripturum. Sunt autem que poſtulat hęc, ut mihi quidem videtur, &qua. Nam quo pacto, inquiūt, tāto frigore horrentes, tantęq; obnoxij eſuritioni, poſtea diem etiam festum celebrare poſsimus? Quare ſi vellem et illos festi participes eſſe, poſtularunt ut cogerem vos, ut de vedi- bus illis impertiamini, ſi que ſupersunt pinguiores, quam que vobis conueniant, ut que de auro nonnullas guttulas in illos deſtilletis. Quod si ista feceritis, inquiunt, non erit amplius diſceptatio inter vos de bonis apud Iouem. Si mi- nus, minitantur ſeſe ad nouam rerum partitionem prouocatu- ros, ut primum Iuppiter pro tribunali ſedere coep- rit. Atq; hęc quidē facere vobis ne quaquam graue fue- rit, impertiri nonnihil de tantis opibus, quas poſſidetis, et recte poſſidetis. Quin de coenis quoq; ut vobis cum coe- narent, et hoc literis addendum putarūt, quemadmodum vos in praefentia foribus occlusis, ſoli delitijs frueremini. Quod si quando vobis viſum fuerit, et illorum quem- piam poſt longum tempus conuiuio adhibere, plus eſſe molestie in coena, quam voluptatis, multa que illuc in pauperum contumeliam fieri: vel ut illud, cum non eodem de vino bibant: dij boni, quam illiberale: plane dignum, in quo et illi debeant accusari, qui non ſurgant potius, abeant que toto conuiuio vobis ſolis relicto. Quanquām elegant ſeſe etiam ad ſatietaatem ex illo qualecunq; vino bibere. Propterea quod uestri pincerni, aures habeant cera obturatas, quemadmodum olim Vlybiſ ſocii. Porro reliqua uſqueadē ſunt turpia ut pigeat commemo- rare, que de carnium partitione criminantur, de que mi- niſtris, qui cum vobis aſſistant, donec plusquam ad ple- num explcamini, ipsos prætercurrunt, alia que huius generis

generis permulta sordida, minimeq; digna viris ingenuis. Proinde equalitas, res est omnium iucundissima, maximeq; conuiuijs congruens. Atq; hac de causa, vobis & quis ille partitor in conuiuijs præficitur, vt & quam omnes habeat portionem. Videat igitur ne posthac vos iterum accusare possint. Quin potius honorabunt vos, & amabit, si paucula ista à vobis acceperint, quorū impedium à vobis nec sentiretur quidem, penes illos munera in tēpore dati memoria semper mansura est. Præterea nec Rempu, administrare, possitis, ni pauperes vna vobiscū in ea versentur, milleq; modis felicitatem vestram adiuuēt. Neq; enim habituri estis, qui diuitias vestras sufficiāt, si soli atq; apud vosipos in tenebris eas possideatis. Videat igitur vulgus, mireturq; vestrum argentum, mensas, & quemadmodum præbidentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculū vndiq; contemplentur, ac pondus expendat, manu librantes. Tū argumenti absolutam celaturam. Tum auri vim, viciſſim artem condecorantis. Nam in istum modum, non solū illi vos probos viros, & humanos prædicabunt, verūmetiam inuidiam illorum effugietis. Quis enim inuidit impertienti, dantiq; quod aequū est? Quis non potius optet, vt quam diutissimē viues, bonis suis fruatur? Verū ut nunc res vobis habent, & felicitas vestra teste caret, & diuitie inuidiosę, & insuavis vita. Neq; enim perinde iuuit, opinor, si quis solus expleatur, quemadmodum aiunt leones facere, & ex lupoř genere, quos solitarios vocant, quam si cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis, conuiuatis. Qui primum non sinent conuiuum surdum, aut mutum esse, verū consuetudine sua fabulas conuiuijs aptas, distteriaq; minimē molesta, vatisq;

D. E R A S. R O T. I N T E R P. 103
 riaq; voluptates adferent. Quibus rebus tempus iucundissime transfigitur. Idq; gratum est Baccho, gratum Veneri, gratum etiam Gratijs: deinde postero die, dum comitatem vestram referunt, benevolentiam vobis conciliant. Hæc etiam magno fuerant emēda. Nā illud à vobis sefcitabor, si pauperes abeant taciti, sic enim fingamus, nō'ne vos ea res vreret, cū nō haberetis, quibus ostentaretis purpureas vestes, comitum multitudinem, anulorum magnitudinem? Neq; iam libet referre, necessariò futurum vt pauperum in fidie, atq; odia in vos oriuntur, si soli delitijs frui velitis. Nam que mimantur vobis imprecatusse, prorsus abominanda sunt. Ac dij prohibeant, ne unquam ad eiusmodi imprecations venire cogantur. Quandoquidem si id fiat, neq; intestina posthac gustabis, neq; placenta, nisi si si quid canis reliquū fecerit. Præterea lenticula saperdæ liquamē vobis habebit. Porroſus, aut ceruus interim dum affantur, è veru in montes aufugere parabunt. Tum aues quoq; pinguis absq; alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Deniq; quod est omnī grauiſſimū, pocillatores formosissimi repente vobis calui sient, idq; etiam fratera amphora. Super his rebus consulite, que & festo sine digna & vobis quam maxime tutæ, atq; illis paupertatis onus subleuate, exiguo rectigali illos amicos habituri, & unquam malos.

DIVITES SATVRNO, 5.

N Vmputat Saturne, de rebus istis ad te solūm scripsiſſe pauperes? Quin potius iouis ipsius aures iam obsurduerunt illorum querelis, dum hæc eadem vociferantur, ac unquam rerum partitionem flagitant, ac simul

L V C. E P I S T. S A T V R N.

simul & fatū incusant, quod non æqualiter distribuerit,
& nos, quod nihil ipsis velimus impetrari. Verum nouit
ille, quippe cum sit Iuppiter, penes quos sit culpa, eo q̄; illo
los plerunque obaudit. Nihilominus tamen purgabimus
nos tibi, quandoquidem hoc certè tempore princeps no-
ster es. Nos enim omnia ista quæ scribis, ob oculos habē-
tes quām sit honestum de magna rerū copia opitulari ijs,
qui indigent, quantoq; sit iucundius, simul cum pauperi-
bus versari, et conuiuum agitare, ad eum modum assiduè
facimus, adeo q; in ratione vitæ nos æquamus, ut nihil pos-
sit incusare is, quem ad conuiuum admittimus. Verum illi
primum aiunt sibi paucis opus esse. Deinde ubi semel illis
fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia po-
stulare. Quod nisi protinus omnia, simulq; cum dicto ac-
cepereint, mox paratum odium, in promptu conuictia, etiam
si quid de nobis sit mentiendum. Porro qui audiunt, fidem
illis habent, rati videlicet illos probè seire quæ dicunt,
propterea quod nobiscū cōsuetudinem habuerint. Ita fit,
ut in alterutrū incidamus, ut aut si nihil demus, illos pror-
sus habeamus hostes, aut profusis omnibus, ipsi protinus
egemus, iamq; in pauperum gregem veniamus. At cetera
ra quidem utcunq; ferenda sunt, verum inter cœnas ipsas
non satū habent ingurgitari cibis, atque aliud explorare,
sed idem ubi pli satis adhiberint, tum vel pueræ fortius
se cyathum porrigitis manum vellunt, aut concubinam,
uxorem ve sollicitant. Postremò conuomito conuiuio, po-
ster die nobis obtructant, narrantes quemadmodū sitie-
rint, esurierintq;. Quod si hæc aduersus illos mentiri via
demur, uester ille parasitus Ixion in memoriam redeat, qui
ad communis mensæ honorem admissus, ac vobis dignitate
æquio